

Commentarius de phlegmatia alba dolente / auctore Ioanne Ludovico Casper.

Contributors

Casper Johann Ludwig, 1796-1864.
Royal College of Physicians of Edinburgh

Publication/Creation

Halae : Formis F.A. Grunerti patris filiiue, [1819]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/qtp7g2jc>

Provider

Royal College of Physicians Edinburgh

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by the Royal College of Physicians of Edinburgh. The original may be consulted at the Royal College of Physicians of Edinburgh. where the originals may be consulted.

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

COMMENTARIUS

DE

LEGMATIA ALBA DOLENTE

AUCTORE

ANNE LUDOVICO CASPER,
MEDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORE.

HALAE

FORMIS F. A. GRUNERTI PATRIS FILIIQUE.

R31749

VIRO
PERILLUSTRI, LONGE PRAESTANTISSIMO,
AMPLISSIMO
CHRISTOPHORO KNAPE

PHILOSOPH., MEDICIN. ET CHIRURG. DOCTORI,
GUSTISSIMO BORUSSORUM REGI A CONSILIIS INTIMIS, NEC
N A CONSILIIS RERUM MEDICINALIUM ET SANITATIS SUPRE-
, PROFESSORI P. O. IN UNIVERSITATE LITTERARIA BEROLI-
SI ATQUE IN ACADEMIA MILITARI MEDICO - CHIRURGICA,
OLLEGII REGII EXAMINIBUS PRAEFFECTI SUMMI, NEC NON
SOCIETATUM PLURIUM LITTERARIARUM SODALI,
ETC. ETC. ETC.

PRAECEPTORI ET FAUTORI
CINERES USQUE PIO ANIMO COLENDO,

NEC NON

V I R O

DOCTISSIMO, CELEBERRIMO, EXCELLENTISSIMO

P. K R U K E N B E R G

MEDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORI,

PROFESSORI PATHOLOGIAE ET THERAPIAE EXTRAORDINARIO

IN ALMA FRIDERICIANA HALENSI ET VITEBERGENSI

CONSOCIATA,

PRAECEPTORI

S U M M E V E N E R A N D O

HASCE
LITTERARUM PRIMITIAS
EXIGUUM
ANIMI GRATISSIMI DOCUMENTUM

OFFERT

AUCTOR.

Lectori benigno S.

Quas hic viris eruditis trado pagellas, veniam a benevolo lectore auctori exorent, quod vir iuvenis, tiroque in arte medica, Thema aggredi ausus sim, de quo in ingenti scriptorum de re medica copia fere nil adhuc allatum invenies. Ex animo vero oro, ne nimiae audaciae tribuas periculum, quod, si casu secundo impulsus, nunquam conatus fuisset. Contigit enim mihi felicissima casio, morbum rarissimum, quem scriptulae titulus designat, observandi, et citatus ad huius memorabilis adfectionis dolem accuratius investigandam, consilium tui a rei medicae scriptoribus. Alto autem silentio plurimi, iique clarissimi, matrem nostram praeterierunt, et e Germano-

rum quidem medicis, in observationibus diligentissime et absolute institutis longe excellentibus, paucissimi, ni egregie fallor, modo leviter morbi nostri mentionem fecerunt, nec ullus in peculiari libello hanc rem tractavit. Quare mihi non ineptum visum est, cognitis collectis, observationes meas nonnullas addere, talique modo opusculum eruditorum examini submittere.

Accipias iam, lector benevole, hasce plagulas, neque irasci mihi velis, quod plura melioraque in hoc disciplinae nostrae forulo fere adhuc inculto tibi afferre vires meae non valuerint. Fave, quaeso, qualicunque scriptiunculae et auctori! Vale!

*Scripsi Halae ad Salam,
Augusto MDCCCXIX.*

CAPUT I.

Nonnulla ad Historiam.

Phlegmatia alba dolens (Phlegm. alba dolens puerperarum,*) Oedema lacteum, Oedema puerperarum, Scelalgia puerperarum, Ischias a Spargasi, White leg, Infiltration laiteuse, Enflure des ambes laiteuse, weisse Schenkelgeschwulst der Wöchnerinnen) est morbus sui generis, rarissime quidem observatus.

Wyer **) contendit, se nonnisi quinque observasse hoc morbo correptas, inter 989 puerperas, quod igitur sicuti 198 : 1 se haberet. Eandem rationem vult Sankey ***) (in my practice it has

*) In morbi nominatione omisi hocce additamentum, quia morbus non in puerperis solis, sed etiam in gravidis, imo in viris observatus est, de quibus fusius postea.

**) On lymphatic distention, in London medical and physical Journal for 1810, XXIII, p. 301.

***) Observations on Phlegmatia dolens, in Edinburgh medical and surgical Journal, 1814, X, p. 402.

happened once in about 200 times). Bland *) affert, se inter 1897 puerperas quinque solum vidisse laborantes „tumore magno dolenteque extremitatis inferioris,“ cuius ratio circiter 380 : 1 esset. Cuius Ch. White, **) vir de nostra materie meritissimus et hunc numerum nimium credit. „Ex 8000 feminis, inquit, ***) in quibus partum solvi, quatuor tantummodo phlegmatia alba dolente puerperarum laborabant, id est ex 2000 una.“ — Illa permagna raritas etiam causa est, qua evenit, quod per tot secula morbus noster omnino latuerit. Etenim non nisi apud Mauriceau †) (A. 1718) primum accuratorem invenimus descriptionem huius mali: l'enflure des Jambes appellati. Dicit ille peritissimus medicus:

„J'ai vû plusieurs femmes après être accouchées assez heureusement avoir les jambes et les cuisses toutes oedemateuses et extraordinairement grosses quelquefois depuis l'aîne, jusqu'à l'extrémité du pied

*) Philosoph. Transact. Vol. LXXI, II, 22.

**) An inquiry into the nature and cause of that Swelling on one or both of the lower extremities, which sometimes happens to lying-in women. — Edit. prima 1784. Ed. alt. Manchester 1801, translatae in: K. White's Untersuchung der Geschwulst bei Kindbetten rinnen an den untern Gliedmaassen, Wien 1785 et 1801. libri, quibus praecipue usus sum in conscribendo Commentario.

***) L. c. II, p. XIII.

†) Franç. Mauriceau, Traité des Maladies des femmes grosses et de celles, qui sont accouchées, Cinquième édition. Paris 1718. I, Cap. XX.

par fois d'une seule côté, et d'autres fois de tous les deux. Cet accident survient souvent ensuite d'une douleur sciatique causée par un-reflux, qui se fait sur ces parties des humeurs qui devroient être évacuées par les vuidanges, dont le gros nerf de la cuisse s'abreuve quelquefois tellement, qu'il en peut rester à la femme une claudication dans la suite, etc.etc. —

Omittendum non est, quod Celeb. Th. Sydenham *) in Dissertatione ad G. Cole de affectione hysterica verba faciens refert, id ab alteris morbo nostro adscriptum, dum alteri descriptam passionem meram dicunt hystericam. Ad propriam lectorum diiudicationem iisdem ipsissima viri celeberrimi verba propono:

„Morbus (hystericus) nonnunquam etiam exteriores partes, carnemque musculosam occupat, maxillas sc., humeros, manus, crura, tibias, nunc dolorem adducens, nunc tumorem: in quo genere is qui tibias distendit tumor prae reliquis conspicuus est. Cum enim in Hydropicorum tumoribus duo haec semper observari possint, ut tumor sc. sub vesperam se maiorem exhibeat, tum etiam ut pastae instar mardentis, vestigium digiti fortius impressi formamque referat, iam in hoc altero, tumor matutino tempore protuberantior est, nec digito cedit prementis, aut vestigium ullum manet. Plerumque etiam tibiarum alterutram tantum inflat, etc.“

*) Opera medica, Genov. 1757, I. p. 258.

Optime post eum Nic. Puzos *) de morbo nostro loquitur, et descriptio eiusdem tam perspicua est, ut extra dubitationem positum sit, eum vidisse et examussim observasse morbum.

Cl. A. Levret, **) ni fallor, proximus ***) nominandus est, qui tam copiose de signis et curandis methodo Phlegmatiae albae dolentis disseruit, ut illius verba hic repeti nequeant.

Etiā in Dissertatione Davidii, †) premio regio ornata, nonnulla invenimus, quae probabilem reddunt, auctorem de adfectione nostra loqui, quamvis diagnosis illi non tam perspicua sit, quam antecessoribus. Legimus scilicet:

„Necesse est, mentionem faciam utilitatis Vesicatorii, si in hac metastasi lactea feminae in variis corporis partibus magnis vexantur doloribus, uti saepe numero fieri solet. Dolores illi plerumque profunde in crure siti, interdum in suris et pedibus, etc.“ — Quae autem sequuntur, magis Rheumatis-

*) Des Dépôts laiteux, in: Traité des accouchemens; édit. par Morisot Deslandes, Par. 1759. Translatus est Commentarius ille in: Abhandlungen von den Krankheiten, die von der zurückgetretenen Milch entstehen, Leipz. 1774. p. 3.

**) L'art des Accouchemens, 1756. Edit. 3. Par. 1766. Transl. in Abhandl. l. c. p. 155 — 159.

***) Quamvis enim Levretii opus prius in lucem editum sit, quam illud Puzosii attamen L. eiusdem manuscripta ante oculos habuit.

†) David, Diss. sur ce qu'il convient de faire pour diminuer ou supprimer le lait etc. Paris 1763. Translat. in Abhandlungen, l. c. p. 89. v. p. 133.

num spectant. Quae in v. Swietenii Commentar. *) nostro fini inserviunt, fere nil sunt, nisi Levretii propria verba, quare heic silentio praetereunda.

Notatu dignum est, quod affert Deleurye **) istis fere verbis: „Si lac aberrat, plerumque in externas partes viam facere solet. Aegrota friget, doloribus laborat in parte affecta, quae intumescit, et induratur. Accedit febris. Diversi sunt illi tumores actei, et nunc in brachio, nunc in abdomine, nunc in extremitate inferiori erumpunt. Interdum maximi momenti sunt, et inde a regione iliaca usque ad pedem sese extendunt. — Si tumor sedem in crure habet, hocce eximie intumescit, pars quasi amputata sentitur, febris acuta est, etc.“ —

Hoc temporis spatio B. de Saavages iam ediderat librum notissimum: Nosologia methodica etc., ubi proprio nomine mentionem morbi nunc describendi fecerat. Quum autem accuratius fusiusque de eodem in recentioribus editionibus disseruerit, liceat posthaec sententiam afferre viri Cl. ex editione, quae mihi in promptu est.

Memorable sane est, praecipue Francogallos de nostra affectione verba fecisse. Quamvis enim omnia Anglorum vel Italorum scripta ante oculos habere mihi non contigit, attamen nihil etiam in aliorum medicorum libris ex illis forsitan citatum inveni.

*) Comment. IV, Hildburgh. 1765, ad §. 1329. Boerhav. p. 610. 611.

**) Traité des accouchemens, Paris 1770. §. 1058 etc. Vñ de Abhandl. l. c., p. 173, sq.

Et occurrit nobis iam alius Francogallus, Raulin sc., qui in libro laudato *) in puerperis se vidisse testatur statum morbosum, nisi assimilem, propinquum tamen Phlegmatiae albae.

Henze, Hafniae medicus, historiam morbi narrat, **) quam citare hic licet.

Egregie autem, uti solet, tunc tempore morbum designatum describit Ill. Callisen, ***) Oedema puerperarum eundem vocans. Fusior illius narratio, mihi quidem gratissima, heic omittenda esse quum notissimum opus in omnium lectorum manibus sciam. Anne ad nostrum malum referenda, quam Selle libro suo claro inscripsit?

„Nicht selten entstehen nach dem Wochenbette hartnäckige Rheumatismen von Versetzungen lymphatischer und milchigter Feuchtigkeiten. †)“

„Wenn die Milchversetzung zwischen den Psoas und Iliacus kommt, so geht sie von da durch das Foramen ischiadicum in die Schenkel.“ ††)

Post eum Ch. White conscripsit librum iam iam adductum, et saepius postea adhuc adducendum

*) Des Maladies des femmes en Couche, Par. 1771. Transl. Lips. 1773. Vide: Die Milchversetzung an Schooss und Hüften, p. 288.

**) V. Tode, med. chir. Bibl. Kopenhag. 1779, VI. p. 182 sq.

***) Callisen, Princ. System. chirurg. hodiernae Hafn. 1780, cf. Ej. Syst. chir. hod. Ed. IV, Hafn. 1817, I. p. 22.

†) Selle, Medicina Clinica, 3. Aufl. Berl. 1786 p. 140.

††) Ibid. p. 557.

Concitatus a populari experientissimo, Ch. B. Trye *) operam navavit, ut huncce fere incognitum statum morbosum exploraret, et post octo annos librum edidit de nostra materie, quem, una cum monographia anglica adhuc citanda Hullii, intensissimo studio assequi non potuisse, quam maxime doleo. Ipsam Göttingensem Bibliothecam hae de re, proh dolor! frustra adii. Novi autem Anglorum, Whitii adversariorum, praecipuas sententias, ex translationibus saltem, actis diurnis, etc.

Primus autem, qui e Germanorum medicorum familia, propriam aperuit sententiam, et verba maioris momenti de morbo nostro protulit, est Cel. L. I. Boer. **) Opus esse mihi videtur, concisam epitomen dissertationis heic afferre.

„Puerperae interdum, ubi minime suspicaris doloribus corripuntur violentis, in inguine, regione iliaca, praecipue autem in anteriori cruris parte, qui saepenumero decursum tenent per totam extremitatem. Raro observantur in utroque pede simul vel vicissim. — Oriuntur plerumque nonnullis diebus post partum et in his, quae gravem tulerunt, et in illis, quae naturali gavisae fuerunt enixu. Dolor in superiore cruris parte incipit, et dein deorsum decurrit.

*) Charles Brandon Trye, an Essay on the swelling of the lower extremities incident to lying-in women. London 1792. 8.

**) Boer, Abhandlungen und Versuche geburtshülflichen Inhalts, Wien 1792, II. p. 119 sq. Ueber eine Art Schenkelschmerzen bei Kindbetterinnen.

Primis diebus neque tumor, nec durities, nec rubor observantur, aegrotata autem extremitatem non nisi magno dolore movere valet. Interdum tumor omnino non observatur. Pulsus febrilis. Causa requiritur plerumque in capitis foetus pressione in nervum pelvis quendam; invenitur autem morbus et in facilimo naturalique partu. Utrum causa in lymphaticis quaerenda? An in lacte? In lochiorum, in exhalationis metastasi? Morbus est chronicus, saepenumero eventus habet malos.“ —

Iam prius Assalini*) morbi mentionem fecerat. Loquitur fusius de eodem, fere autem cum ipsis Whittii verbis. Historiam addit viri cuiusdam, post castrationem „Oedema hydropicum cruris permagnum“ perpassi: qui tumor probabiliter lymphaticorum vasorum morbus fuisse videtur, minime autem, ni fallor, Phlegmatiae albae dolenti adaequandus est.

Nunc ad illa convertamus, quae Sauvages huc pertinentia monet. Inter Cachexiarum classem Phlegmatiam refert, cuius speciem tertiam Phl. lacteam D. Levret dicit.

„Differt, ait, **) a vulgari, quod puerperas, raro vero nutrices aggrediatur quod lactis uterini aut mammarum repressionem sequatur, quod ab hysteralgia lactea incipiat, quod infarctus circa inguina sit initio dolorificus, quod crura, et dein tibiae de-

*) Assalini, Essay medical sur les Vaisseaux lymphatiques, avec les moyens de prévenir les Effets venimeux etc. Turin 1787. 8. Transl. Dresden 1792. cf. p. 94—98.

**) Nosologia methodica, etc. Lips. 1797, V. p. 67.

num pedes successive, tensione, dolore, afficiantur, quod, dum partes intumescunt, dolor recedat, quod tumor sit opacus, non pellucidus.“

Et alio loco, *) sub titulo: Ischias a Sparganosi:

„Sparganosis ex Dioscoride est lactis redundantia et inde eius deviatio in alias partes. Hic morbus circa decimum quartum a partu diem apud mulieres, lacte redundantes, quaeque lac sugendum non praebent alumnis, indicia sui praebet, etc.“ (Symptomata narrat secundum Levret.)

Duo adhuc Whitii adversarii hic nominandi sunt, J. Ferriar, **) qui de natura morbi nostri aliam plane sententiam prae se fert, quam explorandi postea nobis saepenumero occasio erit, et J. Hull ***) in monographia supra iam obiter citata.

Etiamsi hanc ad propositum meum frustra quaesivisse quam maxime doleam, attamen Hullii opinionem acutissimam ex alio, ni fallor, recentiore scripto †) novi, quod in monographia de nostro morbo componenda maximi pretii mihi fuit.

*) Ib. IV, p. 224.

**) Medical Histories and Reflexions. London 1798, III. p. 93 sq. Transl. in Sammlung auserlesener Abhandl. zum Gebrauch prakt. Aerzte. XIX. 1, 2, 1800.

***) An Essay on Phlegmatia alba dolens including an Account of the Symptoms, cause and cure of Peritonitis puerperalis et conjunctiva. Manchester 1800.

†) Bemerkungen über die Phlegmatia dolens, in: Physisch-med. Journal nach Bradley und Willich, bearbeitet v. Kühn, III. Leipz. 1802. Aug., Septemb. und October-Stück.

In Diagnostica Cel. Schmalz, *) libro mea laude maiore, diligentissimus auctor inter tot varias morborum formas nec nostram omisit, et nota eius symptomata optime exposuit.

Recentissimum denique quod legisse mihi contigit, quamvis non ingenti copia, acutissimo tamen ingenio auctorum **) mihi ad meum finem gravissimum fuit. Pollicetur in hocce scripto clarissimus, experientissimusque J. A. Albers, vir de nostra disciplina meritisissimus, se mox monographiam de nostro malo editurum. Qualis novus fructus ex tali viri illustrissimi labore arti nostrae proveniret, quis est qui non intelligat? Utinam mihi accedisset iam monographiam praeclari medici in componenda dissertatione ante oculos habuisse! In hoc autem felici casu Iliadem, uti dicunt, post Homerum conscripsissem! —

Quae lectoribus in brevi historica expositione proponere valui, proposui. Iam etiam adsunt fontes, ex quibus penitiorem morbi notitiam exhausisse mihi licuit. ***) Si plures vobis afferre non potui, ne inertiae aut socordiae adscribatis velim, quod ratio mea in hac urbe, eximia bibliotheca carente, impedivit.

*) Versuch einer Diagnostik in Tabellen, Dresden 1816. 3. Aufl. p. 37, No. 251.

**) Hufeland's Journal v. 1817. 2. p. 3. Phlegm. dol. puerp. von Westberg, übers. von Hampe, mit einer Nachschrift von Albers.

**) Quae praeterea passim in actis diurnis Anglorum legisse mihi contigit, non singula monui, postea vero notatu digniores locos invenies.

Hisce praemissis, iam iam morbum ipsum aggrediamur.

CAPUT II. Symptomatologia.

Duodecim circiter aut quindecim dies *) post partum puerpera vexatur magno dolore, sensim sensimque in regione iliaca, inguinalique alterius corporis lateris oriente. Febris, initio acuta, dolori semper iuncta, raro cum frigore incipit. Pulsum celerem reddit (120 — 130) sed non durum, plenum. Plus minusve tamen systema nervorum et tractum intestinorum afficit. Primum testantur deliria aliaque nervorum symptomata interdum orientia, alterum signa quaedam gastrica raro deficientia, v. c. appetitus nullus, lingua obtecta, sordida, sapor amarus, vel alio modo perversus, vomitus, alvi obstructio, diarrhoea etc. Febris in nonnullis aegrotis duas, tres, in aliis sex ad octo hebdomades perdurat, et tunc fa-

*) Hoc autem temporis spatium constans non esse, testantur scriptores. Morbum incipientem nycthemero modo post partum praeterlapso viderunt White (l. c. I, p. 10), Ferriar (Samml. auserlesener Abhandlungen l. c. p. 236) et nos ipsi (cf. primam histor. morbi). Initium fecerat quinto die in casu, quem fusius posthaec narrabo. Morbum quarta hebdomade exacta orientem observavit Sachtleben (Stark's Archiv für die Geburtshülfe, II. 2. p. 47.) quinta White (l. c.), sexta Puzos (Abhandlungen von den Krankheiten l. c. p. 18).

cile febris hecticæ speciem refert. Et paralytica febris, quamvis rarissime, observata, *) ubi vires omnino exhaustæ, spiritus et excrementa putida, pulsus celerrimus, filiformis, lingua arida, subsultus tendinum etc. inveniebantur. Vehemens dolor mox deorsum descendit in pudendorum partes et in crus lateris adfecti usque ad pedem. Dolorem in pube plerumque antecedit dolor in medullæ spinalis fine, interdum etiam in infima abdominis parte eiusdem lateris. Pudenda, articulatio genu et pedis posterior pars in medio circiter, maxime dolent. Morbi decursus hucusque primum stadium nominari potest. In duorum vel trium dierum spatio autem morbus secundum stadium init. Dolor paululum recedit, et mox partes affectæ intumescere incipiunt, ita ut primum superiores partes, inguinalis regio, pudenda, femur, deinde crus, surae, pes ipsa tument. Quoad pudendorum tumorem inter scriptores lis fuit. A Whitio **) totius labii unius tantummodo lateris tumor pro signo pathognomonico habetur. Refutatur autem ab aliis, copiosius ab Hüllio; ***) omnibusque rite perpensis, res eo mihi redire videtur, quod plerumque non nisi alterum pu-

*) Sachtleben in Stark's Archiv, 1789, II. 2. p. 47.

**) „Das pathognomon. Zeichen der Krankheit ist eine Geschwulst der ganzen Schaamlefze, allein auf der leidenden Seite.“ — „Diese ist auf die Schaamlefze derselben Seite so genau eingeschränkt, dass, wenn man eine Linie vom Nabel bis zum After zöge, die Geschwulst nie dieselbe überschreiten würde.“ — l. c. II, p. 19.

***) Kühn's Journal, l. c. p. 88.

dendorum labium afficiatur. Exempla autem contrarii non desunt, et res tanti momenti certo non est, quam contendit Whitiuss. — Tumor dolorque mox in totum latus internum cruris usque ad pedem sese extendunt, quod tam cito fieri solet, ut membrum per duorum circiter dierum sequentium spatium bis crassius fiat altero, et vix et non nisi magno dolore moveri liceat. Partes tumentes calidae sunt, eximiaeque sensilitatis, ita ut aegrotae gravissimum edant clamorem, si digitus tactu tumorem tentat. Signa autem externa inflammationis omnino desunt, *) partes adfectae albo colore utuntur, et laevitate speculum aequant. Tumor multo durior est, tumore hydropico, non tam frigidus, neque diminuitur situ horizontali, nec digitus premens foveam efficit. Ubique aequus est; recedente autem tumore interdum glandulae lymphaticae sese tumidas ostendunt, ita ut unculus nodosus secundum lymphaticorum decursum tangi liceat. **) Tertium stadium iamiam incipit. Postquam in illo symptomata haecce quamvis laeviora per aliquot hebdomades duraverunt, extremitas altera sana interdum intumescit, quae autem intumescencia hydropicam plerumque sese prodit, ni-

*) Rarissime tantum, in uno casu, quem Hull narrat, in altero, quem infra invenies, et in secunda meorum morbi historiarum observatae sunt sparsim maculae rubrae flammantes.

**) Clariss. Albers (v. Hufeland's Journ. l. c. p. 17) negat, hasce inaequalitates lymphatico systemati adscribi posse, contendit potius, easdem a decedente telae cellulosaе intumescencia oriri. (cf. Hull, Essay p. 137.)

si morbus iterum novum incipiat decursum. Plerumque nempe unam tantum extremitatem aggreditur morbus. Cuius rationem White sicuti 9:1 esse dicit; (ipsius autem aegrotae referuntur 13:1, illae Hullii 2:1; praeterea Westbergii aegrota, et illae, de quibus duae historiae nostrae narrant, in utraque extremitate morbo laborabant.) Interdum igitur in ambabus extremitatibus invenitur affectio, ubi autem non simul sed deinceps artus correperit. Evenit etiam, liceat rarissime, quod et in superiore extremitate symptomata Phlegmatiae albae sese prodant, cuius rei mea aegrota, et Callisen *) testes sunt, qui experientiss. scriptor ait: „Rarissime extremitates superiores petit.“ — Morbus iam designatus semper chronicus est, et menses, imo annos perdurat, diversosque habet eventus, de quibus in Capite de Prognosi plura adhuc proferam.

CAPUT III.

A e t i o l o g i a.

Morbum plerumque iamiam in graviditate symptomata valetudinis adversae antecedunt. Conqueruntur aegrotae in ultimis graviditatis mensibus dolorem profundum, vehementem in regione iliaca, aut in crure ipso illius lateris, quod post enixum morbo ipso corripitur. Dedolatio quaedam membrorum, et

*) l. c. p. 22, §. 56.

febricula comitantur hosce inoptatos prodromos. *) Interdum Anasarcam antecessisse Phlegmatiam nostram visum est, **) interdum haec febrem puerperalem sequi videtur. ***) Mulieres et validae, et infirma valetudine utentes, nobiliores ac inferiores, graciles, nec non crassiores, vel iuniores vel vetustae, vel, ut paucis dicam: quaelibet corporis conditio non libera est a malo descripto. Observatum est et partus naturales, et abnormes, saepius quidem abnormes sequens; invenitur deinde post primum et post sequentes enixus, sit lactis secretio et lochiorum copiosa, sit diminuta. White †) contendit, se plerumque vidisse morbum in illo latere, in quo inter partum mulieres cubuerunt; ipse autem scriptor quinque affert historias, in quibus contrarium leges. Sic neque morbum praematurum partum sequi posse vult, quod certo falsum. Oppugnant enim hancce sententiam, exemplum quod infra inter historias morbi narratas invenies, et aliud a Simmons ††) adductum. — Malum est sporadicum, et rarissimum quidem, quod

*) Puzos, Abhandlungen l. c. p. 68 sq. Westberg; Hufeland's Journal l. c. p. 4.

**) Hull, Essay, p. 132.

***) Cf. secundum mearum historiarum morbi, Hull, Essay p. 133, et historiam a J. Thacher narratam in London med. and phys. Journal 1816, XXXV, p. 14. — Casum, ubi Phl. alba cum Cystitide coniuncta erat, invenies in London medical Repository by Burrows and Thomson 1816, VI, p. 289.

†) l. c. l., p. 12.

††) On the Phlegmasia alba, in Lond. med. and phys. Journal 1806, XV, p. 5.

in omni anni tempore adparet. Iam monui non solum extremitates inferiores puerperarum a morbo corripì: etiam in graviditate Phlegmatia alba dolens cum omnibus symptomatibus visa est: *) causa favente autem morbum et in altero sexu oriri posse, White **) ipse affert, exemplum adducens memoratu dignissimum, cuius epitomen non possum non quin heic brevi proferam;

„R., ein 70jähriger schwerer Mann, fiel einen Abhang von 13 Fuss herab auf die linke Hüfte. Hertzugerufen fand ich einen Bruch im Becken, dessen Sitz aber schwer zu bestimmen war. — Die erste und zweite Woche fand sich keine grössere Geschwulst, aber nach 14 Tagen entstand plötzlich eine Geschwulst im obern Theile des Oberschenkels und der linken Seite des Hodensacks; sie dehnte sich abwärts über den Ober- und Unterschenkel und den Fuss aus; die Spannung der Haut war äusserst stark, die Geschwulst war warm, hart, gespannt, glänzend, von blass-weisser Farbe, und sehr schmerzhaft. Man bemerkte keine rothen Streifen, noch Geschwulst oder Entzündung der Saugaderdrüsen. Die Geschwulst dauerte einige Wochen; weder der Hodensack noch der Hoden der rechten Seite waren geschwollen.“ — Duo adhuc mihi cognita exempla eiusdem generis enumerare liceat, unum

*) Cf. v. g. historiam ab Evans in Duncan's Med. Commentaries X, p. 302 sq. narratam.

**) l. c. II, p. 91.

unum *) ab Anglo Simmons narratum, ubi morbus noster ei notissimus virum corripuit: „whose right testicle whas extirpated for a cancer.“ Alterum vidit W. Sankey **) in viro sexaginta annorum.

Alius etiam casus Phlegmatiae albae dolentis in viro narratur in actis diurnis of New-York, ***) quem autem legisse mihi non licuit, quamvis intente operam navaverim.

Si ad Causas morbi sic dictas efficientes spectamus, pressio capitis foetus in enixu uno ore fere causa remota nominata est. In eo tantum differunt inter se maxime auctores, ut alteri, duce Whitio †) ruptionem lymphaticorum statuunt, inter puerperium affectam, alteri autem non nisi inflammationem illorum vasorum ponant. Necesse est examinemus utramque opinionem fusius, si de epicrisi morbi nostri verba faciemus. In universum autem caput focus sensu stricto causa remota appellari posse, exempla vetant iamiam adducta de morbo, in viris ut in extremitatibus superioribus prodiente. Magis igitur arridet, irritamentum quoddam in lymphatica causa causam dicere remotam, provocatam plerum-

*) On the Phlegmasia Alba, in London medical and physical Journal 1806, XV. p. 5.

**) Edinburgh Journal, l. c. p. 402.

***) Transactions of the Physico-medical Society of New-York, I, communic. of Dr. G. Purdy; cf. et. Repertorium der neuesten Literatur, Lpz. 1819. I, 6.

†) L. c. I, p. 48.

que a puerperio ut causa occasionali. Causam proximam inflammationem esse vasorum absorbentium nobis adhuc demonstrandum erit. Morbosus status illius systematis ad inflammationem opportunus causa sic dicta praedisponens nominari licet, etiamsi incognitae nobis sint huius status conditiones. *)

Refrigerationem in puerperae cubili maximi momenti esse ad provocandum malum nostrum, nonnulli scriptores contenderunt, **) alii refutaverunt. ***) Plurimi autem auctores refrigerationis antecedentis mentionem non faciunt.

Animi pathemata quoque a nonnullis accusata sunt.

CAPUT IV.

D i a g n o s i s.

Circumspecto medico plerumque Phlegmatiae designatae diagnosis perspicua erit. Syndrome symptomatum iam narratorum exercitatis oculis mox morbum peculiarem patefaciet. Tentabo autem, hoc in lo-

•) Quod optime mihi probare videtur illa a viro Cel. Hampe (Hufeland's Journal, 1817, Febr. p. 9.) narrata historia, in quam Phlegmatia alba dolens quater post quatuor enixus minata erat, tandem denique omnibus symptomatibus sese manifestaverat.

***) Ferriar, in Samml. auserlesener Abhandlungen l. c. p. 250. Sachtleben in Stark's Archiv l. c. p. 44.

***) White l. c. I, p. 15.

eo illos morbos commemorare, quibus in singulis symptomatibus Phlegmatia alba dolens aequiparari valet.

Et ab Hydrope quidem morbus noster facile, ni fallor, discernetur. Tumor enim in illo multo mollior est, frigidior, digito prementi cedens foveamque relinqueus, omnino non dolens. Diminuitur hydropicus tumor situ horizontali, incisus aquam emittit, quum tumor Phlegmatiae incisus nonnisi aliquas serosi cuiusdam et crassioris liquoris guttas edat. Oedema semper ab inferioribus partibus sursum ascendit: tumor autem descriptus primum superiores infimi ventris partes et crura corripit, deinde deorsum migrat. Extremitatum oedematia plerumque non anti momenti sese praebet, quanti morbus noster, acilius remediis cedit, et in sequela non ita timenda est.

A Pneumatosi hysterica, quam Sydenham iam cum Phlegmatia commutasse, uti vidi-
us,*) accusatus est, hicce status longe differt. Oedema illud spasticum fugax est, nonnisi mulieres invalidas, hystericas corripit, refrigeratione, aestu in-
eto, animique pathematibus antecessis, nec non his hystericis symptomatibus iunctum. Subito sur-
git, mox evanescit. Non tenet decursum fixum.

Sunt, qui rheumatico statui morbum nostrum similem esse contendunt. Quantum autem a Rheumatismo abhorret! Neque praecipuam habet sedem articulis vel musculis, neque dolores tam vagi sunt

*) Cf. supra p. 3.

et remittentes. Tumor eximius in Rheumatismo plane deest, vel si levis tumor adsit, frigidior est et omnino diversus. Ceterum causae Rheumatismum provocantes et exitus eiusdem plane differunt ab illis Phlegmatiae albae. — Aliter sese habet Rheumatismus sic dictus lymphaticus *) (lymphatic Rheumatism), qui maxime re vera aequiparari potest morbo nostro. In hoc enim statu, corripiente plerumque inferiores extremitates, etiam dolor acerrimus, tumor calidissimus, in tactu valde sensibilis, tensus, nitidus, incolor. Saepenumero vasa lymphatica inflammata (quae naturam huiusdem morbi construunt) dignoscuntur striis rubicundis, duriusculis, tumidis. Hicce morbus autem, quamvis simillimus nostro, et, ni graviter fallor, species eiusdem generis, differt tamen in eo, ut inferiores partes primum afficiat, et deinde sursum adscendat, ut magis topice decurrat, limitatus nempe sese prodat in scroto, brachio etc. Limites autem certi inter utrumque statum, forsitan in nonnullis casibus non dantur. — Simili ratione initium gaudet morbi illius terribilis et atrocissimi, quem Elephantiasin vocant. Febris enim antecessa, aegrotus dolorem in altera regione inguinali conqueritur. Glandulae inguinales dolent, intumescunt, rubent. Mox deinde striae rubicundae ad pedem decurrentes spectantur, tota extremitas intumescit. Oedematis speciem refert, di-

*) Cf. Ferriar in Auserl. Abhandlungen, l. c. p. 216.
Schmalz, l. c. p. 25, No. 124.

gitus premens autem foveam non efficit sed dolorem, et in hoc statu per nonnullum tempus durat, donec aliae metamorphoses morbosae oriantur, quae non huius loci sunt.*) Illa vero intumescencia ab effusione repetita materiae lymphaticae vel gelatinosae in cellulosam, sequente lymphaticorum inflammationem, orta dicitur.***) — Hendy***) etiam, quod sat memorabile videtur, in dissectionibus crurum tali modo adfectorum vasa lymphatica insigniter extensa reperit. Diagnosis autem inter hocce primum Elephantiasis stadium et passionem nostram facillima erit.

Cum Ischiade malum nostrum nil commune habet, nisi dolorem cruris, qui autem illico ut diversus dignoscitur. In Ischiade extremitas non intumescit, in tactu non tam dolens est, dolor autem decursum nervi ischiadici aut cruralis tenet. Idem denique valet, quod de Rheumatismo iam monuimus, causas et exitusque longe differre.

Erysipelas, et Tumor albus nominata esse sufficiant, quum vel tironi in arte medica diagnosis inter haecce et Phlegmatiam facillima futura sit.

Varicositates vasorum sanguiferorum exi-

*) Cf. W. Hillary Beobachtungen über die Veränderungen der Luft, und über die epidemischen Krankheiten auf Barbados, aus den Engl. Leipz. 1776, p. 361 seq.

**) Th. Bateman, praktische Darstellung der Hautkrankheiten; aus dem Englischen. Halle 1815, p. 444.

***) F. Schnurrer, Geographische Nosologie etc. Stuttg. 1814, p. 426.

miae forsā, non referent morbum descriptum. Venae varicosae contra omnino evanescunt in Phl. alba, et contenditur minorem adesse sanguinis copiam in crure, quam in statu sano.*) Dantur autem varicositates quoque absorbentium vasorum, e quibus exemplum rarissimum huc pertinens, in classico hac de re auctore**) repertum, hic citasse liceat:

„In femina vivente robusta, Ancylosi genu laborante, vasa sorbentia eiusdem cruris adeo varicosa vidi, ut oedematis pedis speciem praeberent, semel tantum hucdum mihi visam; cum impetu lympham prosilientem vidi e vaso tali varicoso, vel acu vel lanceola in hac femina aperto.“ —

Totus morbi decursus et ultimum, quod ad incisionem tumoris attinet, in hisce rarioribus casibus, diagnosin stabiliunt.

Cum Emphysemate morbus poster non facile commutabitur, quum Emphysema sit tumor elasticus, non dolens, in pressione crepitationem quandam edens, motionem membri non impediens etc.

Opus mihi autem esse videtur, ut mentionem faciam tumoris cuiusdam in extremitatibus inferioribus quoque observati, cuius natura adhuc in tenebris latet. Sunt, aio, illi crurum tumores, in India et

*) White, l. c. II, p. 21.

**) S. Th. Soemmering, de morbis vasor, absorbentium etc. Traiecti ad Moenum 1795, §. 22, p. 44.

apud Anglos „Cochin legs“ dicti, de quibus peritissimus Anglus John Clark *) narrat:

„It is supposed that the monstrous swelled legs, to which the natives (of Cocheen) are subject, so well known over all India by the name of Cochin legs, are occasioned by the impurities of the waters. However this may be, from the longest residence, no European becomes liable to the same disease. It cannot, indeed, be properly termed a disease: for the natives of Cochin are extremely healthy; neither is the bulk of their legs the least inconvenience to them. No preternatural weight is to be observed: they are strong-bodied, and enjoy as much agility, as if they were totally exempt from this unseemly deformity.“ —

Tumores similes crurum, scroti, brachiorum etiam in Africa inveniuntur, in quibus morbi sedes praecipue in tela mucosa esse videtur.**)

Passiones illae insistant quoad naturam suam affines sunt morbo nostro. Quantum enimvero illa peculiaris mala a nostro distent, largius non exponam.

Ad hocce de diagnosi caput, quantum fieri potest, omnibus numeris absolvendum non adducerem Inspirationem telae cellulosaе neonatorum, si doctissimi viri, clarissimus, praestantissimus Sieglitz, et Ill. Lodemann***) Phlegmatiam al-

*) Observations on the diseases etc. in the East Indies, edit. 2. Lond. 1792, I. p. 97.

**) Cf. Schnurrer, l. c. 426 seq.

***) Vid. Lodemann, über die sogenannte Zellgewebsverhärtung neugeborener Kinder, in Hufeland's Journal 1810. X, p. 96.

bam dolentem cum illo nondum satis cognito morbo comparassent. In errore autem, ni graviter erro, Lodemann mihi versari videtur, si loco citato affert:

„Die Uebereinstimmung beider Krankheiten beruhet auf der Wachsfarbe der Haut, auf der Härte, Geschwulst und Kälte, die beiden gemein ist (?). Ob die Zellgewebsverhärtung allenfalls schmerzhaft sei, lässt sich nicht füglich ausmachen, weil die Kinder nicht sprechen können; ihr Winseln lässt es indess vermuthen.“

Durities enim tumoris in Phlegmatia nostra plane diversa est ab illa in stipatione, de qua verba fecimus, ubi tumor tactui durissimus, rigidus, tensus, ligneus quasi sese praebet, et cutis ossibus inhaerere videtur.*) Frigus autem in Phlegmatiae tumore non adesse, imo calidissimam esse cutem, iamiam vidimus, et uno ore omnes scriptores idem affirmarunt. Eiulatio**) porro, quam signum doloris esse vult cl. Lodemann, „quia verba neonatis adhuc desunt,“ certo non est expressio doloris quem tumor ille specificus efficit, quemque, si Phleg-

*) Henke, Handbuch zur Erkenntniss und Heilung der Kinderkrankheiten, 2te Aufl., Frankf. 1818, I, p. 193 seq.

**) „Das Kind ist dumm und betäubt, und hat ein eigenes, sonderbares, schwaches Wimmern, wie ein sterbendes.“ V. Schmalz, Diagnostik etc. I. c. p. 36. No. 239.

matiae dolori similis esset, etsi non verbis, maximo tamen clamore vagituque enuntiarent; potius autem signum est mali funesti universalis, quod indurationem telae cellulosaе comitatur, et fere semper ad mortem ducit. Praeterea partes induratae in illa neonatorum tristi passione induunt ruborem fusco-purpureum, violaceum, totumque huncce morbum, affinem fortasse, aequiparari tamen posse nostro mihi non videtur.*)

*) Liceat hic brevi adducere exemplum indurationis telae cellulosaе in neonato, illius quidem speciei, quam Henke (l. c. p. 197) chronicam, Angli: skin-bound dicunt, cum in hoc ipso tempore aegrotus mihi ante oculos sit: C. E. puerulus octodecim hebdomadam partu naturali natus est. Sanitate hucdum firma gavisus, excepta tantum cruris dextri passione, quae hisce signis dignoscitur. Extremitas tota multo crassior est altera: Tumor digito tentatus, inaequalem, durum, tensum, impressionem non tenentem, elasticum, sese praebet: calore utitur normali, color ei ex albo flavescens est, cerae similis. Dolor in pressione omnino non produci-
tur. Observatur simul circa genitalia, perinaeum, et glutaeos exanthema pustulosum confertum, quod syphilitici speciem refert, de cuius natura autem nil certi adhuc explorari potuit, quum mater non et nutrix tantum cognita sit, et exanthema illud formam consuetam non habeat. Tanto verosimilius autem videtur syphiliticum esse cum exper. Ill. Gölis (Med. chir. Zeitung 1812, No. 9. 1815, No. 85.) huncce indurationis telae cellulosaе speciem chronicam omnino syphiliticam opinetur. In nostro aegroto hucusque Calomel, externe Suffumigationes cum Bacc. Juniperi, lotiones cum Herba Iacea, et in ulcera Ungt. Zinci optimo successu adhibita sunt.

CAPUT V.

E p i c r i s i s.

Morbus designatus diu *Metastasis lactea* (dépôt de lait) dictus est. Omnes supra citati scriptores Franco-Gallorum eo consentiunt, et nonnulli recentiores adhuc huic sententiae favent. Quamvis autem, ni fallor, nostris temporibus nemo sit, qui adhuc sensu stricto metastases lacteas ponat, necesse tamen est ineam certamen, me hercle! exiguum, ad hancce sententiam refutandam. Vidimus enim primum, morbum non solum oriri in puerperis, sed etiam in graviditatis priori tempore, post partum praematurum, ubi lactis secretio minime iam adesse potuit, imo in ipsis viris, ubi forsitan theoriam metastaseos sequentes lusum naturae statuissent, si exempla supra allata iis cognita fuissent! Sunt autem aliae adhuc, et magni momenti argumentationes e mera experientia assumtae, ad confutandam hanc sententiam. Plura enim dantur exempla, ubi aegrotae consueta lactis copia gavisae erant, ubi igitur metastasis poni non potest. Sic Westberg*) de sua aegrotâ, quae in utraque extremitate morbo laborabat, testatur: „Die Brüste enthielten zureichend Milch, so dass die Kranke selbst ihr Kind stillte.“ Sic etiam exactissimus observator Wyer**) de quinque suis aegrotis

*) Hufel. Journal l. c. p. 6.

**) l. c. p. 302, cf. 301.

icit: „they all suckled their childern, had plenty of milk.“ — Quae quidem sufficient: valeant autem quoque ad refutandam de metastasi lochiali theosiam, a nonnullis veterum positam.

Quibus oppugnatis, alia nobis occurrit, nec minus firma sententia, Whitii,*) qui hanc epicrisin de morbo nostro affert: „Si margo in superiore pelvis apertura cristam eminentem in osse pubis format, hae acie instrumentum eburneum ad complicandam partem (Falzbein) aut cultrum adaequat, et serrata t (quod vidisse contendit), si deinde uterus gradus in doloribus ad partum lymphatica vasa in istam arginem comprimit, necesse est, illa vasa, quae pra hanc cristam in pelvin decurrunt, discindantur et dissecantur, et contenta evacuentur. Si aperturae absorbentium iterum coeunt, quod inter nyctherum et sex hebdomades fieri solet, et cicatrix formatur, lymphae absorbentium et glandularum retineantur: quo fit ut inguina, pudenda, et cruris superiores intumescant. Tumor mox in inferiores partes descendit, maxime dolet etc. Dolor ab extensione permagna subitaneaue vasorum lymphaticorum efficitur: color albus a copia lymphae premente sanguinis in vasa; durities, splendor, a permagna quoque tensione absorbentium pendent, quae non facile cedunt. Vasa exhalantia pressione impediuntur, quoniam nus copiam lymphae secernant. Glandulae lymphaticae interdum dolent tumentque, quia adducentia

*) l. c. II, p. 95, I, p. 35 aeq.

vasa maiorem partem lymphae adferunt, quam abducentia demunt. —

Facile est intellectu, hancce theoriam in mera hypothesis positam esse. Plurima autem adsunt argumenta eandem recte confutantia. Et optimum quidem mihi illud, a Whitio *) ipso narratum exemplum videtur, ubi mulier quaedam inter octavum puerperium, utero rupto, diem obiit, in qua sectio cristam pubis acutissimam et eminentem ostendit, quum tamen septem puerperia antecedentia feliciter peracta fuerint. Nonne in uno quidem casu, secundum Whitii theoriam, Phlegmatia alba dolens oriri debuisset? Non eo magis, quam Coniugata in pelvi dissecta non nisi duorum et dimidii pollicum fuisse feratur, et pressus in illam acutissimam pubis marginem certo maximus fuerit? — Illi sententiae auctor ipse **) opponit: quod secundum hanc theoriam necesse foret, oriri morbum mox post partum, si scilicet mox vasorum disscissorum fines iungerentur. Quod si autem per nonnullas hebdomades duraverit, et priori tempore, uti vidimus, morbus oriri non solet, tum iam lymphaticorum anastomoses, si lymphae profluxus per maiores truncos impeditur, ita dilatatos esse opus foret, ut tumor membri ex illa causa oriri non potuisset, quod recte,

*) l. c. II, p. 77.

**) l. c. I, p. 47.

ni fallor, iam Hull*) adversario obiecit. — Contra autem casus non desunt, in quibus vasa absorbentia rupta re vera videbantur. Gravissimae quidem ex illa ruptura observatae sunt sequelae, e quibus nonnullas proferam. Brambilla**) a ruptura lymphaticorum fungum articulare oriri posse autumat. R. Morton***) explicat Phthisin ipsam e ruptura vasorum chylosorum. Oedema nec non hydropem sequi posse vasa absorbentia discissa, plures estantur scriptores. Sömmerring†) vidit „verum oedema pedis natum“ a vulnerato vasculo absorbente in malleolo interno decurrente. Idem et alii docent.††) Sic post exstirpationem glandularum axillarium, ubi necesse est vasa lymphatica discindantur, sanatis vulneribus saepenumero oedema oboritur, ubiunctiones parvulae maximae levationi esse dicuntur: †††) (quae nil faciunt ad levandos dolores in Phlegmatia nostra.) Abscessus etiam lymphaticos rupturam absorbentium sequi observatum est. Nullus autem auctor morbum nostrum, aut alium ei si-

*) Phys. med. Journ. aus dem Engl. von Kühn, l. c. p. 188.

**) Acta Academiae med. chir. milit. Vienn. I, p. 16, 17.

***) Phthisiologia, cf. R. Vieussens, nov. vasor. corp. hum. Syst. Amstel. 1705, in monit. ad lectorem.

†) De morbis etc. l. c. §. 48, p. 132.

††) Cf. v. Swieten, Commentar. in Boerh. IV. ad §. 1228., Assalini, Essay, l. c. p. 56. Haase, de vasis cutis et intest. absorb. Lips. 1786, Cap. 4. p. 8.

†††) B. Bell's Lehrbegriff der Wundarzneykunst, aus dem Englischen. Leipzig 1804. IV, p. 259.

milem in hisce casibus ortum vidit, quantique abhorreant oedema, hydrops, abscessus lymphaticus e. s. p. a Phlegmatia alba dolente, fusius iamiam exposui.

Illa vero theoria oppugnata, quam praeter auctorem ipsum nemo secutus est, alia nos offendit sententia, acutior longe et ingeniosissimi auctoris documentum, quam fortasse nimis audax aggredior. Clarissimus Albers *) enim, vir summe venerandus, in epierisi de morbo nostro inflammationem absorbentium, omnibus fere probatam, statuere non vult, aliamque proponit theoriam, quam ipsis verbis citare liceat: „Ich halte diese Meinung für irrig, und glaube, sowohl aus dem Verlaufe der Krankheit, als auch aus dem Nutzen der von mir angewandten Heilung überzeugt seyn zu dürfen, dass die zuerst leidenden Theile die Nerven des Schenkels sind, deren krankhafte Affection die Schmerzen hervorbringt, und dass die Geschwulst des Zellgewebes nur als Folge dieses Nervenleidens angesehen werden dürfe, wovon ich als Beweise hier nur Folgendes anführe: Die Schmerzen und die gehinderte Bewegung des Schenkels gehen stets der Geschwulst vorher“ —

Idem vero saepenumero cernimus in vasorum absorbentium inflammatione, **) v. c. in bubonibus orientibus, et secretio morbosa ab inflammatione producta, critica iam quasi, adeo fere semper dolori

*) Hufeland's Journal, l. c. p. 16.

**) Cf. Assalini, l. c. Transl. p. 44. Reil's Fieberlehre, Halle 1804, II, p. 345.

paullulum recedenti iuncta est. Dolor fere ubique primum est indicium disturbatarum functionum in animali organismo.

„ — so wie wenn letztere abnimmt, erstere, obgleich vermindert, noch lange gewöhnlich fort dauern.“

Hic autem argumentum difficillimum foret, utrum liopathice, ut aiunt, an sympathice modo nervi affecti sint? Praeterea etiam Cl. Albers ipse statim addit: „dahingegen auch Geschwulst bleiben kann, nachdem die Schmerzen verschwunden sind.“ (Quod et ipse vidi.)

„Die Kranken bleiben oft eine beträchtliche Zeit mehr oder weniger gelähmt, nachdem fast gar keine Geschwulst mehr bemerkbar ist, welches irriger Weise dem geschwächten Absorbtionssystem zugeschrieben wird.“

Statuendum mihi videtur, vasa lymphatica minora uti, quam totum vasorum systema. Huic fortasse proportioni inconveniens copia vasorum lymphaticorum, si arterias venasque spectas, ut forsitan Quantitas in Qualitate compensaret. Sic in extremitatibus inferioribus ratio lymphaticorum ad venas ut 14:1, ad arterias ut 2:1 esse dicitur (Cruikshank). Huic sententiae etiam accedit, quod lymphatica vasa senectute progressa, imo post mortem adhuc efficacia se ostendant, *) uti in aliis inferioris vitae systematis v. c. pilis invenimus.

Hisce praemissis, nonne probabile videtur etiam affectione vasorum lymphaticorum tam gravi eorum

*) Assalini l. c. p. 39.

actionem tam constanter perturbari, ut functionum refectio, tardissime solum perfici queat? Analogia saltem hancce sententiam non vetat, quia in aliis etiam lymphaticorum morbis decursum tam lentum observamus. Lymphatica vero vasa in Phlegmatia alba dolente adfecta esse, utrum sint idiopathice, an sympathice (quod statim inquirendum erit) extra dubitationem positum esse videtur. Et, quaeso, num tam incongruum sit de systemate absorbente debilitato *) verba facere, quod per aliquod tempus post valetudinem restitutam in morbo nostro artus claudos efficiat? Ceterum non nego, et nervos participes esse huius claudicationis, quamvis ex hoc momento idiopathicam nervorum passionem statuere nollem. Pergit autem sic illustriss. Albers:

„Wir sehen nicht selten sonst bei Entbundenen, dass äusserst heftige Schmerzen in den Nerven des Schenkels entstehen, ohne dass die geringste Geschwulst erfolgt.“

Quod vix argumentum esse mihi videtur ad hanc firmandam theoriam. Ill. enim auctor Analogiam instituens inter hunc et alios nervorum morbos, ponit iamiam protopathicum nervorum malum, quum adhuc probare velit idem poni posse. — Ultimum denique argumentum, quod adducit in epitome acutissimus auctor e curandi methodo assumptum est. „Wenn Blutausleerungen sich wirksam zeigten, so geschah es gewiss nur, indem sie das zuweilen äusserst heftige Fieber

*) Cf. Ferriar, in Samml. auserl. Abhandl. l. c. p. 220.

ber mit bekämpfen halfen.“ — Sed e curandi me-
thodo in naturam morbi cuiusdam concludere semper
difficillimum erit: quo magis vero in nostro morbo,
in quo adhuc therapia, ob exiguum observationum
numerus, tam incerta est et anceps, ut in hoc
lii venæsectiones, alteri corticem, nervinaque lau-
ent. — Sed nonnisi epitomen, proh dolor! dedit
experientissimus, cl. Albers, atque persuasum mi-
hi habeo, eum victorem e campo decedere, si tandem
liquando sententiam suam fusius expositurus fuerit.

Neque, quod nunc proferam aliud est, nisi hy-
pothesis, quis enim mysticam naturae officinam pene-
averit? Quis unquam eandem intraturus est? Quo-
modo opus esset, si de natura morborum certi quid
constare vellet! — Omnibus enim rite perpensis,
morbus noster in inflammatione systematis
absorbentium, in nonnullis casibus fortasse si-
mul etiam telae cellulosaе firmatus mihi vi-
tur. Primum enim inflammationis signa:
dolor, sensibilitas nimia, calor adauctus, tumor, sem-
per adsunt, unum vero: rubor plerumque omnino
est, argumentum, quod White *) iamiam huic
sententiae opposuit. Notum autem est, etiam in Pe-
stitide, in Ostitide, in Rheumatismo acuto, imo
in ipsis inflammatis glandulis inguinalibus, interdum
etiam in inflammatis vasis lymphaticis **) in nonnul-

*) l. c. II, p. 37.

**) Cf. historiam a Ferriar l. c. p. 173: maxime huc
pertinentem, narratam;

lis etiam telae cellulosaе inflammationibus plerumque non inveniri ruborem, quod modo accidere solet, si cutis, non pellucida, etiam inflammatione corripitur. Quod autem, rarissime quidem et singulis tumoris locis solum evenire, testantur Hull,*) Wyer,**) Moore,***) et experientia mea (v. histor. morbi II.) Lymphatica vero vasa adfecta esse, plures observationes affirmant. Supra iamiam monui, dolorem semper exordiri in inguine; plurimi autem ad sunt casus morbi, in quibus glandulae inguinales primae intumuerint et doluerint, et tunc inflammatio distincte decursum fecerit secundum lymphaticorum seriem, †) quod non semper perspicue fit, si

*) Cf. supra p. 13.

**) London medic. and phys. Journ. XXIII, p. 304: „On the side of the tibialis anticus muscle, I could discover a slight blush of red, as if a straw dipped in raspberry juice had been drawn from the knee to the top of the foot; this stripe was very painful to the touch, particularly just below the middle of the muscle, where is seated a large lymphatic gland.“

***) Ibid. XXXII, p. 188: „In the early stages of the swelling, it appeared in ridges and bunches, occasionally assuming a livid, and at other times a purple hue.“

†) Ibid. XXIII, p. 303: „In eight hours from the attack, the pain had extended up the inside of the pubis, and thence to the inguinal glands, which soon became greatly tumefied, and so very painful and tender, as to be incapable of bearing the lightest pressure. From these glands the pain in 24 hours extended down through the thigh in the course of the principal lymphatics to the knee; from the knee it still was confined to the lymphatics, and through them passed

tumor tam cito exoritur, ut nodi lymphaticorum inflammati, tumidique non amplius distingui valeant. Recedente vero tumore, saepe funiculus nodosus adhuc secundum lymphaticorum vasorum decursum tangi licet. *) Ceterum status inflammatorii universalis signa incipiente morbo facile dignoscuntur, et etsi tanta sit diversitas inter medicos quoad therapiam in Phlegmatia alba dolente, in hoc tamen fere omnes consentiunt, antiphlogisticam methodum incipienti morbo maxime adaptatam esse. Si igitur statuamus systematis absorbentium inflammationem, in secundo statu eiusdem secretio oriatur necesse est: copia serosi liquoris et lymphae coagulatae in telam cellulorum circumiacentem effunditur, **) quam non solum hypotheticam esse, incisiones in membrum adfectum dissectiones post mortem docent. Hacce secretionem effecta, acumen inflammationis iam levatum est: inde illud phaenomenon descriptum: dolore nullum recedente tumorem oriri mihi facile explicari videtur. Experientia nimirum tam parva in

rapidly to the toes etc." Ibid. XV, p. 5: „Besides the general swelling and induration, I have seen the Phl. alba more distinctly marked in the course of the trunks of the absorbents." Cf. White, l. c. I, p. 29. Ferriar in Sammlungen auserl. Abhandl. l. c. p. 173, et infra hist. morbi II.

*) Cf. supra, Cap. II, p. 13.

**) Hull in Kühn's Journal, l. c. p. 241. Acutissime Reil (Fieberlehre, II, p. 345) polaritatem quandam inter superficiem externam et internam in inflammatis venis lymphaticis esse autumat, qua secretio liquidi illius crassioris perficitur.

morbo nostro, praecipue quoad dissectionem hypothesin illam non iam ad veritatem perduxit: fortasse etiam res aliter sese habet; memoratu tamen dignum videtur, quod in dissectione, quam infra invenies, ubi nec nervi, nec vasa sanguifera, nec muscoli commutata visa sunt, glandulae vasaque lymphatica tumidiora et rubidiora, quam fieri solet, inventa sunt. Ad sunt deinde alia argumenta, quae hanc sententiam suadent. Decursus ipse tam chronicus lentusque. Ad omnem inflammationem solvendam vasa absorbentia plurimum conferre dicta sunt. *) Quae autem ipsa morbo correpta, ad discutiendam inflammationem minime valeant necesse est. Etiam, impedita ob dolorem musculorum mobilitate, quae ad lymphae fluxum promovendum magni momenti esse fertur, lymphae circulationem turbari, atque morbi decursum prorogari opus est. Ceterum analogia quoque docet, et alios absorbentium vasorum morbos, v. c. abscessus lymphaticos, lentioris decursus esse. Illud porro ex aetiologia adductum momentum ad hunc finem adferre, statuas: praesentia enim morbi in extremitatibus, praecipue inferioribus; nam notum est quanta sit lymphaticorum copia in hisce partibus quae Phlegmatiae albae easdem valde obnoxias reddere debent. Praeterea plethora vasorum in gravi

*) Sömmering, l. c. p. 2. J. Gardiner, on the Gout, London 1792, p. 223: „the lymphatics are the most powerfull agents in terminating inflammation by resolution.“

ilitate ad secretionem exhalantium auctam ansam praebet, quae ut absorbentium functionem adaugeat necesse est. Causa occasionali superveniente, post partum praecipue, ubi corpus tam irritabile invenitur, vasa iam iam irritata facile ad inflammationem promoveri possunt. *) Etiam morbi rarior exitus in suppurationem huic sententiae non repugnat. Lymphaticorum enim vasorum inflammatio plerumque resolvitur, rariores sunt casus suppurationis. **) — Iam iam supra monui, etiam telam cellulosa[m] for-asse saepenumero inflammata[m] esse, inflammatio- nem lymphaticorum vasorum saepe in telam mucosa[m] circumiacentem transit. ***) Cur autem vasa sanguifera inflammatione non corripiantur? Optime, fallor, Moore †) iam iam respondit: „In reply to the question, why does not this congestion take place in the sanguineous vessels? it may be answered, that the blood circulates more rapidly, is impelled with greater force, and the vessels do not pass through a congeries of glands.“

Quae quidem, ad hancce theoriam tuendam, adducenda sunt. Annuunt quoque eidem, ut liceat auctoritates afferre, viri clarissimi Hufeland, ††)

*) Ferriar in Sammlungen auserlesener Abhandlungen, I. c. p. 219, 230 seq.

**) Reil, Fieberlehre, II. p. 346.

***) Sömmering. I. c. §. I. p. 3.

†) London medical and phys. Journ. XXXII, 1815. p. 191.

††) Hufeland's Journal 1817, Febr. p. 4. nota.

Hampe, *) Westberg, **) Lodemann, ***) Moore, †) Hull, ††) Ferriar, †††) Trye *) etc. Minus perspicue de adfectione quadam systematicis lymphaticorum loquuntur Cl. Callisen, **) Assalini, ***) Wyer †) et alii, quum de obstructione glandularum et vasorum e lymphā spissata exorta, verba faciant. Perscrutemur vero etiam, priusquam huic de epicrisi capiti finem imponamus argumenta, quae ab adversariis theoriae nunc enarratae opposita sint. White praecipue sequentes proponit quaestiones, ††) quae vero, ni fallor, ad refellendam illam hypothesin nil valent. Quaerit enim: „Cur magis in initio quam in fine morbi lymphā in tela cellulosa coaguletur?“ Respondendum est: Morbum incipientem tantum inflammatorium esse, et tunc solum secretionem efficere. Pergit White:

„Cur punctionem tumoris non maior liquoris co-

*) Ibid. p. 8, 9.

**) Ibid. p. 4.

***) Ibid. 1810, X, p. 98.

†) l. c.

††) An Essay on Phlegm, etc. l. c. p. 204. p. 2. Cf. Kühn's Journal l. c. p. 241. Hull autem inflammationem quoque in musculis, in tela mucosa, in nervis et maioribus sanguiferorum truncis autumat.

†††) Samml. auserl. Abhandl. l. c. p. 231 seq.

*) An Essay on the swelling etc. p. 3, 4, 5.

**) l. c. §. 38.

***) l. c. p. 98.

†) London med. and phys. Journ. XXIII, p. 306.

††) l. c. II, p. 37—39.

pia sequatur, nisi guttula, si lymphæ in cellulis telæ mucosae continetur?“

Quia materies fibrosa effusa coagulatur, et nimis spissa est, quam ut incisionem magna copia sequi possit.

„Absorptio cur non promoveatur remediis usitatis?“ („gewöhnliche Mittel.“) Si remedia consueta ei sunt medicamina, v. c. fomentationes, hae forsitan inflammationem magis augent, quam diminuunt. Ceterum therapia adhuc tam manca nil de medicaminum efficacia concludere licet in natura morbi nostri. Si autem dicit: „die gewöhnlichen Mittel die Absorption zu befördern,“ absorbentia vasa ipsa, morbolorum adfectio optimum est quaestioni responsum.

„Quare morbus non etiam interdum sequatur paracenthesin in hydrope ovarii, amputationem, excirpationem aneurismatis popliteae?“

Hull *) huic quaestioni respondet: contendere vellem, morbum hasce operationes sequi non posse. — Si autem plerumque non sequitur, consideras causas occasionales in hisce casibus, et in illis, quibus Phlegmatia alba dolens invenitur, omnino versas esse.

„Quam ob rem morbus pluries alteram tantum extremitatem invadat, alteram autem nonnisi prioriam convalescente?“

Num, quaeso, Whitii hypothesis melius hoc phaenomenon explicat? Inflammationes vero, ut no-

*) Kühn's Journal, l. c. p. 247.

tum est, saepenumero nonnisi alterum latus corripiunt, et ipsa vasa lymphatica alterius tantum lateris affici posse, nonnulla exempla testantur. *) Inter ceteras a Whitio adductas oppositiones, me hercle! non acutissimas, sequentes adhuc proferam:

„Si morbus ex causa universali originem ducat, cur fines tam distincte constituti inveniantur?“

Morbus certo non semper tam limitatus est: in dissectione infra narrata materies a morbo producta per totam pelvin visa est. Sint vero etiam, causa universali antecedente, fines morbi circumscripti, nonne idem tritissima experientia in sexcentis morbis docet?

„Si inflammatio universalis vel topica adsit, cur morbus semper feminas ingrediatur molles, teneras, graciles, haemorrhagiis vel aliis profluviiis exhaustas?“

Quod haud dubie non semper accidit: vidimus enim morbum et in viris, et in mulieribus firmiore corporis conditione gaudentibus oriri. Et concedamus illud Whitii dictum; num quid valet ad hypothesein nostram impugnandam? Num conditio mollis, tenera, gracilis inflammationi repugnat? Non et in puerpera debilitata, exhausta pneumoniam, febrem puerperalem etc. observasti? —

Quae autem sufficiant, Operam navavi, quam potui maximam, ut hocce difficillimum scriptiunculae

*) Cf. Mehlis, Commentatio de morbis hominis dextri et sinistri, etc. Gött. 1818. p. 59, 69.

caput lectori benevolo absolute et perspicue exposuerim. Ni quae proposui satisfaciant, id magis in-exercitato, quam negligenti scriptori vitio vertatis, velim. — Superest autem, ut de therapia morbi nostri nonnulla addam.

CAPUT VI.

P r o g n o s i s.

Phlegmatia alba dolens semper non nisi malam, imo pessimam admittit prognosin, cui sententiae omnes scriptores adnuunt. Ill. Albers *) v.g. morbum vocat: „eine gewiss schreckliche Krankheit,“ et Wyer, **) qui optime novit illud malum: „a disease, acknowledged by all, who have seen it, both tedious and vexatious.“ — Feliciter semel tantummodo morbus eandem extremitatem invadere videtur; non vero audeo statuere certi quid hac de re. White, ***) Sankey †) etc. illam sententiam ponunt: Trye autem contrarium contendit. Certo membrum priore morbo non correptum, post sequentes partus malo corripitur potest. Quod White ††) ipse exemplo affirmat. Memoratu dignissima

*) l. c. p. 13.

**) London med. and phys. Journal l. c. XXIII, p. 306.

***) l. c. II, p. 20, 99.

†) Edinburgh med. and surgical Journal X, 1814, p. 401.

††) l. c. II, p. 72.

hac de re mihi videtur historia morbi, a viro Cel. Hampe *) narrata, in qua inter septem partus Phlegmatia alba dolens quater singulis symptomatibus minabatur, semel tantum erupit. (v. supra.) Observata autem sunt recidiva leviora, si aegrota nimis praecox cubile linquit.

Decursus morbi nostri semper tardissimus est, mensesque, imo annos perdurat. Boer **) adfirmat, se mulieres novisse, per integros annos morbo descripto laborantes, illaque Westbergii ***) aegrota tunc temporis, quum eiusdem historia litteris mandata est, iamiam per duos annos tumorem sensumque gravitatis in extremitatibus inferioribus perpessa est. Aegrota mea secunda hoc ipso tempore, quamvis bene convalescens, attamen non iam in sanitatem restituta est, et ante hos novem menses cubili tenebatur!

Phlegmatiae exitus varii sunt. Optimus est, si sensim sensimque tumor resolvitur, dolores remittunt, et extremitas rursus ad functiones integre perficiendas aptatur. Quod feliciter! plerumque accidere visum est. Saepenumero autem resolutio tumore, et symptomatibus ceteris omnino remotis, extremitas debilitata, et misera claudicatio diu, adeo per vitae tempus remanet. †) Alius, idemque rarior

*) Hufeland's Journal 1817. Febr. p. 9.

**) Versuche und Abhandl. l. c. II, p. 121.

***) Hufeland's Journal, l. c. p. 8.

†) Boer, l. c. p. 121. Albers, l. c. p. 16. Historia morbi II, infra narrata.

exitus morbi est suppuratio. White *) affirmat, se nunquam suppurationem exorientem vidisse; narrat tamen postea casum morbi, **) in quo abscessus criticus, magnitudine caput foetus adaequans, atque merum pus continens, observabatur. Contradictiones tales in hoc scriptore saepenumero invenies. Ad sunt autem et alia suppurationem adfirmantia dicta, conferas enim, si placet, quae Simmons, ***) Hull, †) Boer ††) nec non secunda hist. morb. mearum testantur. Callisen: †††) „Interdum, ait, oedema puerperarum in abscessum lymphaticum vel lacteum transit,“ et hancce memorabilem sententiam addit: „interdum pustulis cutaneis copiosissimis prorumpentibus iudicatur.“ Neuram vero sententiam in ullo scriptore reperisse mihi icuit. Idem accidit in illa opinione de morbi nostri exitu in gangraenam, quem, nisi egregie fallor, solus Boer *) contendit. Necesse autem est, mentionem heic faciam casus cuiusdam ab Anglo Th. Chevalier **) nobiscum communicati, in quo mulieris dextra extremitas inferior, in ingentem molem

*) l. c. I, p. 12.

**) l. c. II, p. 88.

***) London medic. and phys. Journ. XV. p. 5.

†) Kühn's Journal, l. c. p. 87.

††) l. c. p. 122.

†††) l. c. p. 40.

*) l. c. p. 122.

**) Medico-chirurgical Transact. etc. of London, second Edition, Lond. 1815. II, p. 63 seq. c. tab. aenea.

increverat, phlegmatia alba post partum orta et iam-
iam ante quatuordecim annos praegressa, a termino
quo primum viderat medicus aegrotam. „This Phleg-
masia dolens somewhat subsided, but never comple-
tely disappeared. After she began to go about; the
tumefaction again augmented, and extended higher,
and from that time it gradually continued to increase
in bulk, and to become more painful, till it had at-
tained the magnitude and appearance described.“
Symptomata insignia huius funesti mali sequentia di-
cuntur: „The enlargement was proportionally grea-
test in the skin on the toop of the foot; which was
so immensely expanded as to project several inches
beyond the toes, overhanging them, so that all, ex-
cept the great toe, were embedded in it. On the un-
der surface of the foot and toes, and also on part of
its upper surface, the skin had yielded irregularly, and
in some parts it was elevated into tubercles, which
were exquisitely sore, and many of which from time
to time withered at the base and dropped off. The
cuticle was every where thin and chapped. In some
parts, particularly at the bottom, it was sodden,
being continually moistened by a serous fluid, which
was discharged from almost the whole surface of
the limb, and which, by its quantity, greatly impai-
red the patient's strength. The whole surface was
inflamed and tender, and she was at times in consi-
derable pain. — The left leg was not at all enlarged
in any part.“ —

Quod malum elephantiasis speciem referre videtur, saneque adducendum est ad illustrandam affinitatem utriusque morbi, de qua supra iamiam verba feci. *) — Quindecim annis post hocce malum miseram aegrotam ad mortem duxit. —

Superest adhuc tristissimus Phlegmatiae albae dolentis exitus in mortem, qui negari, prohi dolor! non potest, quamvis White, **) Sankey, ***) et alii, se nunquam lethalem vidisse morbum, contendunt. Adsunt vero observationes accurate descriptae, quae contrarium vehementer affirmant. Sic Zinn, †) Puzos, ††) Hull †††) complures aegrotas morte correptas fuisse conqueruntur. Etiam aegrota, de qua prima histor. morbi postea narratura est, diem supremum obiit, neque alii scriptores in nostro morbo vim mortiferam negant. Mors autem, quum supervenit, tertio, quinto, septimo, vel nono morbi die hominem, in symptomatum exacerbatione invadere solet.

*) Cf. Cap. IV, p. 20.

**) l. c. I, p. 12.

***) Edinburg medic. Journ. l. c. p. 402.

†) Commentarii societatis reg. scientiar. Gött. II, 1752.

††) Abhandl. v. d. Krankheit. etc. l. c. p. 26, 70.

†††) Kühn's Journal l. c. p. 106, 899.

CAPUT VII.

Curandi methodus.

89

Optima morbi nostri medela videtur, quae tria eiusdem stadia singula spectat. Experientia autem, quae non ditissima est, nondum rectam demonstravit viam ad bene apteque curandum illud triste malum: satisfaciant igitur, quaeso, lectoribus, quae in hoc capite, dissertationis facile mancissimo, de cura phlegmatiae proferre valeam. Difficilius adhuc redditur curandi modum instituere, quia hac de re praecipue scriptores inter se differunt. Mittamus nunc omnino theoriam, et quae experientia mera docuit, observemus.

Primum quidem stadium, quod sthenicum, inflammatorium dici licet, antiphlogisticam poscit methodum. Quoad Venaesectiones, aequè laudatae, ac reiectae sunt. Ferriar *) easdem plane necessarias esse dicit. Puzos **) missiones sanguinis commendat, non tamen multum ab iis sperat in magna morbi vi et intentione. Venaesectiones modicas in initio morbi conducere etiam Callisen ***) contendit. Alii vero auctores venaesectiones vetant, White, †) Boer, ††) qui dicit semper se dolorum

*) Samml. auserl. Abhandl. l. c. p. 232.

**) Abhandl. v. d. Krankheit. etc. l. c. p. 27.

***) l. c. II, p. 24.

†) l. c. I, p. 57.

††) l. c. II, p. 123.

exacerbationem sanguinis missiones secutam vidisse. Venaesectionibus careri posse in curanda Phlegmatia alba dolente etiam asserunt Cel. S t r o m e y e r et Albers. *) Plerumque autem aegrotae status respiciendus est; pulsu celeri, inflammatorio, calore alde adaucto, doloribus capitis vehementibus, fe-ri acuta, venaesectiones nec non hirudines **) nobis maximi momenti sese praebuerunt, et in futurum in-atu tali non omittendae erunt. — Praeterea reli-uus apparatus antiphlogisticus adhibendus, inprimis alomel, singulis horis ad gr. β — j porrigendum; audatum a Trye, Hull, White, Callisen c.) Cum successu iungendum est Opio ad sym-omata placanda. Omnes fere scriptores uno ore udant salia neutra, inprimis celeberrimum Ka-sulphuricum et Tartarum depuratum, sibus notissimis. Angli magni aestimant in hocce dio: „to keep open the bowels,“ quod autem mi-ne drasticorum ope, sed ipsis salibus neutris effi-ndum est. Utilissimum sese praebuit Digitalis ullio et Westbergio, qui mane vespereque gut-xxx, Tinct. Digitalis cum gutt. x Tinct. Opii ad-uit. White ad leniendam febrem quoque Anti-onialia laudat, et praecipue bolos commendat e-veris Dr. Iacobi ***) gran. II — III, et conserva

*) Hufeland's Journal, 1817. Febr. p. 7.

**) Hufeland contendit, hirudines in abdomen et cru-ra semper maioris momenti fuisse, quam venaesectiones. Ibid. p. 6.

***) Illud celeberrimum „James powder“ compositum es-se dicitur ex oxydo antimonii, acido phosphorico, et calce.

rosarum q. s., ter quaterve quotidie sumendos. Etiam Boer huic sententiae annuere videtur, quum aegrotis praescribat pulverem puerperarum suum, arcanum, quod maxima ex parte ex antimonio consistere ipse auctor affirmat. *) Ceterum regimen et diaeta refrigerans cum hac methodo coniungantur. Neque in morbi initio lochiorum fluxus negligendus est, si morbus mox post puerperium exoriat. White adeo contendit, in fluxu lochiorum acri et putrido, iniectionibus aptis sublato saepe evanescere vidisse febrem.

In secundo morbi stadio inprimis Vesicatoria tanti habentur, ut plurimi scriptores eadem specifica dicant. Utinam essent! Adhibeantur convenientissime secundum Boerii **) viri cel. consilium in duorum digitorum transversorum latitudine circa genu, periscelidis formam referentia. Boer contendit se decem aut undecim aegrotas talium vesicantium opere sanasse intra duodecim horas. (??) Etiam Sankkey ***) vesicatoria ut specifica laudat. In suras ab illo adhibentur, si requirantur identidem, etsi non in unum eundemque locum. Nec non White, Wyer, Cel. Albers et alii illud remedium graviter commendant. Designato morbi tempore etiam Emetica laudanda veniunt, synochico enim statu iam

*) Boer, Abhandl. und Versuche etc. l. c. II, praefatio.

**) Ibid. II, p. 124.

***) Edinburgh medical and surg. Journ. X, p. 402.

iam recesso. Iam et alia medicamina externa adplicanda sunt. In nosocomio Londinensi Fomentationibus utuntur reiteratis in inguina e pannis laneis Aceto calido imbutis.*) Lanei panni immersi decoctis emollientibus Arnicae, Chamomillae etc., Aceto cum Sapone, Aquae vitae cum Sale ammoniaco depurato, e. s. p. etiam a Puzos, van Swieten, Westberg et aliis adhibiti laudatique sunt. In uno tantum casu etiam aquam frigidissimam fomentationum ope adplicatam et commendatam legi.**) Ceterum Cataplasmata resolventia et emollientia a nonnullis venditata sunt. Recte autem mihi Boer monere videtur, in initio morbi balnea tepida, cataplasmata nec non fomentationes calidas omnino nociva esse. Interna huic morbi spatio adaptata remedia sunt diaphoretica leviora: sulph. stib. aurant. Camphorae iunctum, Ammon. muriatic. cum Camphora, Clysmata sedativa ex Infuso Chamomillae cum Oleo Olivarum; in statu potius nervoso quam inflammatorio, Serpentaria, Valeriana, Arnica cum Naphthis, Calomel cum Camphora, China ab Anglis praecipue laudata, etc. adhibeantur. White copiosa verba facit de Myrrha in hoc morbi stadio porrigenda; praecipue quidem in sequente Griffithii singulari solutione:

*) Med. and phys. Journ. V, p. 95.

**) Stark's Archiv l. c. VI, p. 64.

Rec. Myrrhae ℥i℥

tere cum

Aquae Menthae crisp.

— communis āā ℥ij

— Cinnamomi vinosae ℥℥

in quibus solve

Kali carbonici gr. xxiv

Ferri sulphurici ℥℥

adde

Syrupi simplicis ℥j.

Misceantur, dividantur in quatuor partes,
singulas ad sextam horam sumendas.

Vitae ratio semper adhuc sit mitis et blanda, es-
enim tractus intestinalis status praecipue respiciendus.

In tertium stadium ingressus, morbus curationem
magis stimulantem et excitantem admittit. Ex usu
fuerunt Linimenta e Sapone, Camphorae,
Oleis aethereis, Fumigationes cum Suc-
cino, Iunipero, Olibano, Balnea vaporosa
aromatica, Fasciae expulsivae; Electricitatem
laudat Callisen.*) Cum primum dolores non ve-
tent, Balnea adhibenda sunt: White et Calli-
sen eadem frigida volunt, cl. Albers tepida lau-
dat, inprimisque balnea salina,**) quae ad tollen-
dam debilitatem remanentem maximo usui esse con-
tendit. Ad quem finem et aegrota mea balneis sali-
narum huius urbis magno cum successu usa est. Hisc

*) l. c. p. 24.

**) Quae White iam commendat.

remediis ad usum internum conveniunt: Tinctura Guaiaci, Myrrha, China, roborantium et tonicorum series, macum vino, diaeta roborante etc.

Quae omnia proposita, imo laudata sunt. Ne autem credas, lector benevole! hocce medicaminum agmine certo facileque morbum nostrum, quem gravissimum dixi, vincendum esse, mihi ineptum non videtur finem imponere huicce de curatione capitulum illis Angli peritissimi verbis: „From the most careful attention to the effects produced by both the internal and external remedies, I am not able to say that I think any thing I did was of much service!“ —

CAPUT VIII.

Históriae morbi.

I. *)

N. N., mulier 42 annorum, quae quater iam iam feliciter partum solverat, corripiebatur aestate A. 1815 morbo quodam acuto, quem, a me ipso non curatum, hepatitidem tamen acutam fuisse putavi. Saniilas aegrotae post eandem non omnino restituta erat. Perpetuo tussi vexabatur, materiem mucosam excreante; color faciei flavo-cachecticus erat. Dolores pectoris nulli; conquerebatur vero dolores in hepatis regione. Mense Octóbri aegrotā auxilium nostrum adiit. Praeter symptomata iam designata inveniebantur

*) Ex annalibus Clinici ambulatōrii Halensis; A. 1815.

tur pulsus frequentissimus, anorexia, macies. Mulier gravida erat per quatuor iam menses; alvum tardam salium ope aggrediebar, praetereaque vegetabilibus amaris et acidis usus. Quibus remediis aegrotam insigniter sese refecit. Haecce melioris conditionis species duraverat per quinque vel sex hebdomades, quum animi pathemata varia totum malum recidivum redderent. Tussis inprimis et excreatio augebantur, ita ut phthisin purulentam sympathicam ex hepatis morbo chronico ortam vererer. Calendis Decembris mane subitanei dolores ad partum exoriebantur, et pauxillo tempore praeterlapso puerulus satis validus enixus erat, qui autem mox animam exspiravit. Partus ille praematurus insigniter aegrotam allevare videbatur; tussis statim desiit, etc. Femina hilaritatem ostendit insuetam, lochia, lotium, excrementa ad normam excernebantur, appetitus verorendendi et somnus nullus, pulsusque arteriarum frequentissimus erat (120 — 130). Erethismum hunc sedare studebam, Valeriana utens, Spirit. sulph. aether. etc. exitum vero pessimum verebar. Vespere statum iamiam peiorem inveniebam, malum autem topicum non aderat. Nocte sequente somnus miseram omnino fugit, et in quarta hora matutina dolores acerrimi primum in cruris dextri genu articulo *) exoriebantur, qui mox autem sursum deorsumque in totum crus sese extendebant. Decima hora extremitas tota eximio modo dolorifica repe-

*) Cf. Schmalz, Diagnost. p. 57.

riebatur, lenissimum tactum non ferebat, tumida
 erat mirum in modum, nec vero calidissima, cutis
 alba, splendidaque. Aegrota valde excitata
 erat, alvus tarda, lochia effluebant, mammae lacte
 privatae erant, lotium parcum, iumentosum. Mor-
 bus nunc mihi Phlegmatia alba dolens esse videbatur,
 in usu remediorum iam iam designatorum pergens, in-
 terdum parvulam vini gallici quantitatem permisi, et
 Boerium sequens vesicatorium adhibui periscelidis
 formam referens, nec non post haec totum mem-
 brum involucris circumdedi aromaticis. Quae cura,
 rohi dolor! minimo successu gavisa est. Vespere
 aegrota misera dolores conquerebatur acerbiores,
 tumorque semper adauctus videbatur. Febris ves-
 pertina acutior, aegrotae inquietas maior, somnus
 nullus aderant. Adhibebatur opii puri granum unum,
 postridie mane ad aegrotam vocatus conditionem non
 meliorem inveniebam. Dolores, tumor, sensilitas
 ea mira semper eadem erant. In quarta matutina
 hora dolor etiam in sinistro crure exortus erat,
 accipue in inguine, qui vero mox etiam sentieba-
 r in toto membro. Et haec extremitas insigniter
 tumescebat, calidam sese praebebat, et speciem al-
 bum, splendidamque referebat. Arteriarum pulsus,
 excretiones et secretiones, uti praecedente die repe-
 rebantur. Praescripsi Serpentariam cum Aether,
 sulphuric., nec non Hydrargyrum muriat. mite (gr. j)
 haec cum Camphora (gr. ij) omni trihorio sumendum.
 Iterum in sinistra extremitate remedia iam dicta to-
 ta adhibui. Frustraneum vero erat studium meum!

In sexta vespertina hora aegrotam delirantem vidi. Crurum dolores eximii, inprimis si lenissimo tactu eadem explorares; sinistrae extremitatis tumor mirum in modum adhuc adauctus; pulsus minimus 140 ictus in sexagesima horae parte referebat; manus frigidi; sitis permagna; alvus quamvis clyisma applicatum erat, adstricta; urina mancissima; lochia omnino deficientia, quorum vero loco inde a meridie sanies liquida et putidissima e vagina effluxerat. Reliquam spem aegrotam sanandi misi: expiravit eodem die septima hora pomeridiana.

Postridie ad dissectionem me accinxi. Crurum tumor adhuc idem erat, ubique aequalis; omnes vero ceterae cadaveris partes valde affectae inveniebantur. In thorace pulmones fere sani videbantur nonnullis tuberculis in dextro superiore lobo, et vomica sat magna cum bronchiis communicante exceptis; cordis substantia muscularis insigniter flaccida erat. In abdomine aperto hepatis totius incrementum primum notatu dignum observatum est; parenchyma molle erat et pulposum, ita ut digitus facillime idem perforaret. Lata uteri ligamenta insigniter vasculis instructa videbantur, superficies interna uteri sordido-viridi colore utebatur, mollis erat, gangraenosa, putida. Orificium uteri tumidum erat, lividum, gangraenescens, sicuti tota vagina. Crurum cute tunc perscissa, tela mucosa visa est paullo laxior (aufgelockert), ubique liquido subfusco odore carente, impleta; glandulae inguinales sanguine solito abundantiores, et tumidiore

reperiebantur; musculi flaccidissimi erant et in crure, et in aliis partibus. Percaute reteximus vasa magna sanguifera, omnino vero sana visa sunt et in externa, et in interna superficie. Eodem modo nervi crurales, ischiadici etc. denudati sunt: ne minimum quidem extra morem erant, nec tumidi, nec rubefacti. Memorabile tamen est, conditionem morbosam telae cellulosaë non in solis cruribus, sed etiam per totam pelvim usque ad muscul. Psoas, Iliac. intern. etc. visam esse. Mortuae propinqui non permiserunt, ut cerebrum medullamque spinalem etiam perscrutaremur.

II. *)

C. Koenig, mulier 45 annorum, quae quatuordecim partus tulit, in quibus bis abortum fecerat, tresque mortuos foetus enixa est, saepenumero graviterque aegrotavit, quo evenit, ut femina olim valida, nunc infirma tantum valetudine uteretur. Die XXII. Decembris decimum quintum puerperium tulit, leve quidem satisque felix. Iam in ultimis sex graviditatis hebdomadibus conquesta est dolorem lateris dextri, qui post partum non evanuit, imo augebatur. Tertio die post enixum frigus crepitans advenit, latusque dextrum et extremitates debilitata sentiebantur. Frigus calor sequebatur, deliriaque. Aegrotata bis terve vomuit liquidum mucosum. Ad eam

*) Ex annalibus iam laudatis.

vocatus miseram inveni conquerentem acerrimum dolorem infimi ventris, per totam pelvim diffusum, et pressu externo fortiolem redditum. Latus dextrum, ubi fortasse placenta inhaeserat, maxime doluit. Uterus nondum se contraxerat: tympanitis levior adfuit, una cum calore sensibili valde adaucto in hisce partibus. Respiratio non dolens erat; pulsus celerissimus (130), duriusculus, non plenus. Lingua madida, subflava, sapor amarus, sitis maxima. Solum in dorso aegrotata iacere potuit, cum quaelibet motio maxime doluerit. Lochiorum lactisque secretio parca quidem, tamen adfuit. Brevibus intervallis dolores exoriebantur e regione ossis sacri, doloribus post partum simillimi, in quibus misera eiulationes flebiles edidit. Exploratio per vaginam eandem madidam ostendit, calidissimam, uterique orificium apertum. Ex omnibus hisce symptomatibus febris puerperalis facile agnosci potuit. Statim venae-sectionem iussi unciarum duodecim, et hirudines duodecim in uteri regionem adplicabantur. Vespere conditio iam melior visa est; adhibebatur emeticum (Tart.emet, gr. j c. R. Ipec. ℥j) quod autem vomitum non effecit, sed alvi deiectiones liquidas, putidasque. Postridie mane aliquantulum melior aegrotata sese habuit: Calomelas nunc praescriptum est ad granum omni bihorio. Deiectiones alvi liquidae semper aderant, et per totam noctem sequentem duraverunt. Iam in hac nocte aegrotata conquerebatur dolorem prementem in latere dextro, imprimis in inguine, qui impedivit, quo minus moveri posset inferior extremitas.

as. Postridie sensilitas aegrotae eximie adaucta videbatur. Irritata erat, vox pipiens, cutis turgor diminutus, lochiorum et lactis secretio fere nulla, signa gastrica eadem, pulsus celerrimus, duriusculus. Crus praecipue, sed brachium etiam dextri lateris insigniter dolebant, neque lenissimum ferebant tactum, quin aegrota miserabili vagitu dolorem acerrimum exprimeret. Quae sensilitas vespere, quantum fieri potuit adhuc augebatur; pulsus 130 — 140 ictus referebat. Meliria blanda aderant. Calomelas reiteratum est.

Die seq., XXVIII. Dec. conditio paullulum meliorat. Irritatio, sensibilitas illa eximia non nihil recesserant: pulsus melior. Tota extremitas inferior tumida videbatur, praecipue circa articulos genu et pedis; qui tumor secundum aegrotae sententiam initium ab inguine fecerat, et sensim sensim ad inferiores partes sese propagaverat. Circa genu et pedis articulum maculae rubrae, pusis ictui similes, se ostendebant. Urina ruberrima limentum fecit; cutis sicca, lingua oblecta videbatur. Tempore pomeridiano maculae descriptae tam compactae coniunctaeque erant, ut locos tinctos et diffusos, quasi erysipelatosos, formarent, qui a tumore vero, laevitate speculum aequante, vehementer discrepant.

D. XXIX., XXX. Dec. Aegrotae status melior. Rubor erysipelatosus in articulis designatis adhaere adest. Pedis motio fieri non potest. Signa gastrica non iam evanuerunt. Rec. Emeticum. Cutis superflua flaccida est et sicca, quare praescribitur pul-

vis ex Ammon. muriat. ℥ij, Camphorae gr. viij, Sulph. stib. aurant. gr. iij, in die sumendus.

D. II., V. Ianuar. Conditio eadem. Vespere semper febricula recidit. Lactis secretio omnino nulla est, forsitan quia aegrota dolore, quem quaelibet membrorum motio efficit, diu iam impediiebatur, quominus puerulo suo mammam praeberet. Loci illi rubri in pede dextro sese desquamant, *) et sensim sensimque evanescunt. Etiam in pede (Plattfuss) sinistro tumor levior oboritur.

D. VI. Ian. In hoc pedis sinistri tumore quoque maculae rubrae observantur. Ceterum tumor oedematosum magis sese praebet. Status morbi fere idem adhuc est. Rec.: Emeticum, et reit. pulvis diaphoreticus iamiam designatus.

D. VII. Ian. Pes sinister non dolet, tumor autem non recessit. Pes vero dexter, quamvis formam semper eandem referat, valdeque doleat, si digitus eum tentat, moveri tamen paullo facilius potest. Nunc vero brachium dextrum morbo corripitur videtur, nam lenissimum tactum non fert, cutis calida est, et quaeque motiones fieri non valent. Tumor non adest. Rec.: Camphorae gr. x., Sulph. stib. aurant. gr. iv, Sacch. alb. ʒj in diem.

D. XV. Ian. Tumor in brachio non apparuit semper tamen, quamvis minus dolet. Aegrota valde

*) Num fortasse Callisen similem observavit casum? Vidimus eum, et unice quidem, de pustulis cutaneis loqui. (Cf. supra dicta.)

exhausta est. Iubetur Tinct. Absinthii quater per diem ad parvum cochlear sumenda, vespereque ad leniendum vasorum erethismum Elix. acid. Halleri. Ceterum brachium et pes semper tumida lateris dextri involvuntur laneis pannis.

D. XX. Ian. Intumescencia pedis tandem evanuit. Motio eiusdem quoque liberior est, neque ut prius dolet. Memorabile sane videtur, et in brachio et in pede dolores torquentes redire interdum in coeli mutatione; forsitan rheumatici quid sese morbo nostro unxerit? Curandi methodus semper eadem est.

Mense Februario. Status descriptus adhuc durat. Inferior extremitas in genu articulo contracta est, flexorumque tendines fortiter constricti tangi possunt. Si vero motionem articuli tentas, maximo clamore dolorem aegrota designat. Sic etiam surae musculi contracti sunt, suraque in tactu valde dolet. Circa malleolos tumor oedematosus levior adparet. Rec.: Extr. Aconiti gr. ij, Sacch. albi $\mathfrak{z}$ j. M. f. p. d. Dos. tal. No. XII. S. omni hihorio dos. una. Adhibentur Frictiones siccae cum pannis laneis. —

Aconitum, quia vertigines effecerat, non amplius adhiberi licuit. Meliorem sese praebuit Tinct. Guaiaci ammoniata. Aegrota simul feliciter utebatur infusionibus amaro-aethereis ex Melissa, Mentha, Trifolio etc. Brachium omnino in hoc mense restitutum est. Extremitas inferior pertinaciter adfecta permansit.

Mense Martio. Surae sensilitas in summum gradum adaucta videtur. Calida est haec regio, lenissimumque tactum non fert; cutis subrubra, inflam-

mataque invenitur. Priori iam tempore, et nunc etiam, aegrota obstinate vesicatorii usum respuerat, verens ne dolores vehementissimi fierent. Contractio descripta semper manet.

Mense Aprili. Locus designatus in sura magis inflammatus est. Rubriorem, calidiorem, tumidioremque sese ostendit. Dolores torquentes fere non remittunt, et misera aegrota ab iis terribilem in modum vexatur. Ut aliquid fecisse videamur — involutio iubebatur e pannis laneis cum herbis aromaticis, Camphora mixtis. Quae autem dolorem ita augebat, ut aegrota fascias revelleret. Organismus totus irritatus inveniebatur: pulsus celer, somnus nullus, anorexia etc. Tumor in sura, postquam per nonnullos dies descripto modo duraverat, suspicionem dedit suppurationem inesse. Vesicatorium denique circa malleolos adplicatum, nullum praebuit effectum. Fluctuatio in abscessu nonnullis diebus post perspicue distingui licuit, et quum dolores maximum gradum iam attigissent, aperiebatur tumor. Statim puris meri, doloribus valde recedentibus, unciae nonnullae effluebant. Ad usum internum semper reiterabantur Tinctura Guaiaci ammoniata, et amara remedia, aegrotae suavissima. Postridie statum omnino meliorem inveni: aegrota bene laeteque valuit. Suppuratio parca fuit. Dolores fere omnino evanuerunt.

Mense Maio sensim sensimque convalescere visa est aegrota. Extremitas inferior quidem curvata et anchylosica mansit, tentavit tamen mulier denique

linquere cubile et fulcrorum ope cameram permeare.
Ceterum bene sese habuit.

Mense Iunio, tempestate calida, serenaque, iussinus aegrotam, celeberrimum *Albers* sequentes, balnea salina huius urbis ad tollendam anchylosin. Mense Augusto, dum haec scribo, triginti circiter adhibita sunt, magno quidem successu, quamvis omnino illud malum nondum disparuit.

III. *)

A. D., bene vicens mulier, iam in decimo sexto aetatis anno viro nupsit. Consueto tempore sese gravidam sensit. Mensibus suppressis in medio circiter graviditatis tempore secretio lactis exoriebatur tam copiosa, ut foemina lactanti similis esset. In septimo mense, refrigeratione mammarum antecessa, haec secretio repente supprimebatur, cuius sequelae, anxia, oppressio pectoris, syncope etc., mox depugnatae erant diaphoreticorum et regiminis calidi ope. 3. Martii 1817 partus solvebatur celer felixque; puerulus sanus erat, et primi post enixum dies ex moragebantur. Octavo vero alia refrigeratio reitatem lactis suppressionem effecit, quae autem remissa aptis cessit. Nihilo minus dispositio quaedam torbosa remansit, et aegrotam nostram morosam sem-

*) Hanc accuratam morbi narrationem pro maxima sua humanitate Vir Clarissimus *Niemeyer*, Dr. et Pr., mecum communicavit.

per pertinacemque sese ostendit, animumque prae-
buit longe mutatum. Functiones ceterum normales
erant, dolor nullus.

Vicesimo sexto die post partum aegrotā, se-
novam refrigerationem perpessam esse conten-
debat. Narravit enim per ianuam apertam auram
sensisse, extremitatem inferiorem aggredientem, quam
mox dolorem secutum esse dicebat. Qui sensim sen-
simque in regione inguinali haerere videbatur, et in
horae spatio ita increvit, ut consilium meum aegrotā
adiret. Dolores iam acerrimos conquerebatur, arti-
culus cruris moveri non potuit, et cubili imponeba-
tur aegra non nisi doloribus maximis cruciata. Si
partes affectae lenissimum non permiserunt tactum
tumor vero aut calor valde adauctus observari omni-
no non potuerunt. Secundum aegrotae narrationem
dolor ex abdomine oriri videbatur, et in superiori
interioreque cruris latere ad medium huius membr-
descendebat; latus externum non doluit. Ceterum
lochiorum fluxus nunc duas horas suppressus erat
abdomen non tensum, dolorificum, alvus non ob-
structa, urina non alienata, pulsus subplenus, du-
rus (94), cutis sicca, calida, lingua pura, sicca, la-
ctis secretio non turbata inveniebantur. Partes do-
lentes pannis laneis iisque calidis involvi; praetere-
praescripsi Inf. Sambuci cum Liq. Mindereri et Ext.
Hyoscyami. Vespere dolor acerbior erat. Lact-
secretio insigniter turbata videbatur. In regione in-
guinali tumor apparuit. Nocte inquiete peracta
etiam postridie mane nulla dolorum remissio adera-

Tumor iam perspicue ad genu sese propagaverat, et digitus tangens maximum effecit dolorem. Ubra fere vacua inveniebantur, ita ut neonatus lactari amplius non posset. Usus sum Camphora, linteo ce-
rato, involucris aromaticis, frictionibus ex Sapone, Camphora, Opio, Mercurio, ad usum internum Hydrargyro mur. miti, Opio, Cicuta, Aconito etc. sine illo fructu.

Nono die morbus maximum gradum attigerat. Tota inferior extremitas usque ad digitos stupendum in modum tumida erat, circinoque mensa volumen dedit duplum quam altera. Cutis insigniter tensa, alba, splendida erat; totum membrum tam dolens, ut intumentum levissima non ferret. Calor non valde adaus videbatur. Malum universale fere idem mansit: actis secretio restituenda non erat. Nocte proxima odor universalis apparuit, pes aegrotus quoque emacuit, et tunc demum aegra dolores paullulum recedere contendit.

Inde a duodecimo die dolores magis periodicos sese praeberunt, vespere maneque exacerbantes. Decimo quarto die inde a morbi initio primum minor tumor mollior et minor reddi visus est. Dolores in tangenda intumescencia iam diminuti fuerant, pressura autem fortior in profundo semper doluit.*) Epidermis sparsim rupta erat, passimque sese dequamavit. Totum membrum nunc pellibus felinis

*) Idem observavi in aegrotata mea No. II. per longissimum tempus, quum dolores iamdudum recesserant.

involvi, et ad usum internum Camphoram iussi, et infusum Valerianae cum Serpentaria et Liq. C. C. succin. Tunc tempore rursus aliquid lactis in mam-
mis adparuit.

Tumore semper recedente aegra vicesimo quinto die primum sine dolore pollicem movere potuit. In pede primum tumor evanuit. Tricesimo quinto die genu etiam liberatum erat. Quinquagesimo secundo tota extremitas alteri similis videbatur; detumescente crure secretionem urinae copiosiore non inveni. —

Tribus mensibus post inde a morbo exorto aegrotata primum cubile relinquere tentavit. Pes autem nunquam priorem valetudinem recepit, aegraque semper ingressum retinuit trahentem, quem nec balnea, nec inunctiones tollere potuerunt. —

Tribus mensibus in bona valetudine absolutis, aegra denuo in morbum incidit initio obscurum, qui postea suppuratio lienis agnoscebatur, et in quo misera diem obiit, novem post puerperium mensibus peractis!

IV. *)

— — „In casu, quem observavi, quinto partus in media hieme frigidissima fiebat, naturalis quidem

*) Etiam hunc casum hic affero ex: London medical and physical Journal t. 1810, XXIII, p. 303 seq. ob egregiam morbi adumbrationem; quem auctor (Wyer) ut ipse dicit: „both as physician and friend“ curaverat.

at gravis admodum. Placentae emissionem dolores multi et haemorrhagia copiosa comitabantur; dolores post partum violentissimos die secunda paene finita haemorrhoides dolentiores, quam usquam videram, sequebantur, quae vero remediis anodynis et emollientibus brevi superabantur. Ad finem octavi diei usque nihil memoriae dignum occurrebat, quo tempore aegrotata in optima convalescentiae via versari videbatur, ciborum appetitus bonus, alvus regularis, quies optata erat, lacte abundabat aegra et in dies vires denuo acquirebat. Res vero subito in peius mutari incipiebant. Primo noctem versus decimi diei post remissionem mulier conquerebatur subitaneum pressitudinis sensum cum dolore in perinaeo ad medios utraque musculos extenso, illi similem, qui sedenti in sede dura oriri solet, quamvis permolli uteretur. Arteriarum pulsus derepente excitabantur, femina magna siti et gustu depravato laborabat, lectum petebat, ut situs mutatione dolor remitteret, sed frustra, nam dolores semper augebantur et quaevis corporis solatio aequae malam se praestabat. Hora octava post exacerbationem dolores ad superficiem pubis interius extendebantur et inde ad glandulas inguinales, quae brevi maxime tumefiebant et adeo dolebant, ut pressurae ladicis levissimae nullo modo ferri possent. In his glandulis dolores viginti quatuor horarum space per femur secundum decursum vasorum lymphaticorum principalium ad genu descendebant, inde per illa adeo rapide ad pedis digitos perveniebant, ut extremitatem inferiorem integram triginta

horis post arriperent. In hoc morbi stadio, quod inflammatorium bene nominari posse mihi videtur, pulsus raro infra 120 erat et admodum durus, tota corporis superficies arida et sicca, calor extremitatis inferioris praecipue auctus, color adhuc immutatus erat, alvi frequentes deiectiones incipiebant, quas paulo post bilis nigrae constans vomitus sequebatur. Potionibus acidulis et mixtura antiemetica ex succu limonum, sale absynthii et aqua menthae ventriculi et intestinorum tumultus sedebatur atque potionibus largis cum nitro et antimonialibus cutis aperiēbatur et perspiratione frequenti calor et febris diminuebantur.

„Totam extremitatem denuo strenue indagans nec colorem mutatum nec crassitudinem auctam inveni sed inde a regione iliaca usque ad digitos adeo sensibilis et rigida erat, ut aegra nequaquam illa uti valeret. Duobus post diebus dolores diminuebantur, sed tumor in femoris parte superiori apparebat, qui per tres dies descendebat, quo tempore totum femur, crus et pes ubique ter crassiora erant, tactui tensa et laevia sese prodebant, digiti impressionem non retinebant, paulo calidiore altero et albedine nitidiore erant, quam hucusque videram. Pone musculum tibialem anticum rubedinem quandam inveniebam, similem lineae tenui cum succu mororum a genu inde usque ad partem dorsi pedis supremam pictae, quae tactu maxime dolebat, imprimis in medio musculo, ubi glandula lymphatica magna adest. Ut extremitati situm convenientem pararem operam dabam; sed frustra, nec diminutio tumoris quam e

situ horizontali sperabam, votis respondebat. Ob tumorem et rigiditatem extremitatis et debilitatem totius corporis ex febre, doloribus et evacuationibus, nec sedere nec auxilium quoddam sibi ipsi afferre valebat aegrotans. Vomitus redibat, et sapor, color et quantitas eiectionum bilis secretionem valde auctam esse ostendebant, pulsus denuo excitabatur, sed minus durus erat, cutis mollis et humida, mens valde depressa, omnes naturae vires deficere videbantur, nutrimentum abhorrebat. Nam omnia, quae porrigebantur, seu alimenta seu medicamina nauseam ciebant, exceptis rebus acidis; fructus aurantium, limones et vinum e malis sola grata erant, quorum usum minime impediēbam. Versus finem secundi diei post novissimam vomitus exacerbationem ventriculus requiescebat et iusculum e farina cycae et succu aurantium confectum ferre poterat. Extremitas semper eandem crassitiem et immobilitatem servabat.

„Res in eodem statu manebant per triginta quatuor dies, quo tempore nihil memoratu dignum evenit. Tumor tunc in parte femoris superiori, in glandulis inguinalibus et sensim in pede subsidere incipiebat, quod admodum tarde fiebat, nam femur trium mensium intervallo crassitudinem usitatam vix erat adeptum, pes autem se habebat ut antea. Deique diminui incipiebat et die nonagesimo septimo post morbi initium mobilitas genu et articulationis pedis usque redierat, ut mulier pedem diversimode movere posset, attamen extremitas corporis molem non minus ferre valebat. Vires paulatim restaurabantur,

ita ut in cubiculo obambulet, ac denuo post duodecim dies in vias urbis descendere posset. Desiderio exercitatione, qua tam diu caruerat, fruendi seducta, et itinere quartae milliarii partis facto, versus vespertinum tempus articulatio pedis denuo tumefiebat, linea rubra in superficie anteriori cruris apparebat atque valde timebat mulier, ne morbus rediret; sed vesicatorium in parte maxima inflammata paucis diebus bonam valetudinem restituebat et praeter quandam difficultatem quae ex multa exercitatione oriebatur, et tumorem quendam postquam extremitatem diu in eodem situ tenuerat, aegra sanata erat.“

E r r a t a.

- P. 3. l. 4. — l. partiees, l. parties.
- 5. l. 6. — l. sacere, l. facere.
- 7. Nota. l. 3. l. womann, l. women.
- 14. l. 7. — l. extermitate, l. extremitate.
- 17. l. 19. — l. causa remota, l. causam remotam.
- 20. l. 12. — l. huiusdem, l. huius.
- 27. l. 14. — l. pelvin, l. pelvim.
- 59. l. 4. — l. tumida, l. tumidus.
- - l. 20. — l. hihorio, l. bihorio.
-



tight bundling - some test
falls into gutter

po
f
o
f